Æolicè in genitivo; *ab* ἑκὰς, procul, & βολὴ, ῆς, ἡ, jactus; *quod à* βάλλω· *ita dictus est Sol, & etiam* ἑκάεργος, α. 147. *quia radii & calor longè operantur, terræ ipsius viscera subeuntes ad metallorum productionem*; ἑκαλήβελέτης *potest derivari ab* ἕκαλον, centum; *quòd Phœbus centum telis Pythonem transfixerit.*

Τοὶ γὰρ, enim, igitur: τοὶ, *expletivum sæpissime jungitur & annectitur Adverbiis vel Conjunctionibus, ornatûs tantùm gratiâ*; καίτοι, 76
quamvis; ἤτοι, sive.

Ἐγώνη, *Dor.* & ἐγὼν, *Æolic. pro* ἐγώ.

Σύνθεο, *Ionic.* 2. *sing. aor.* 2. *imp. medii verbi* συνίϑημι, compono, *Atticè* σύνθϑ *pro* σύνθεσο, & *dissolvendo* ϑ *in* εο, σύνθεο.

Ὀμνύω & ὄμνυμι· παρὰ τὸ ὄμμαλα νεύειν, *quòd jurantes annuant oculis. fut.* ὀμόσω. *ab* ὀμόω, juro; *à quo & tempora sumit*; ὤμοσσον *pro* ὄμοσον, 2. *sing. aor.* 1. *imperat. ab* ὤμοσα· *est etiam* ὥμοσα *cum spiritu aspero, sed hoc ab* ὁμόω, unio; *à quo* ὁμοϑῆναι, ξ. 209. ὁμοϑῆναι φιλότητι, *ut coëant amore*; ὁμόσε, simul, μ. 24.

Ἦμὲν, certè, omnino; *cui respondet* ἠδὲ *idem: sed hîc expletivè.* 77

Πρόφρων, ονος, ὁ ἡ ἡ, promptus, benevolus; *à* πρὸ & φρὴν mens.

Ἔπος, εος, τὸ, verbum, dictum; ἔπεσιν, *dat. plur. à verbo* ἔπω.

Χερσὶ, *dat. plur.* & χεροῖν, *dativ. dual. à poëtico genit.* χερὸς, *à* χεὶρ, manus.

Ἀρήγω, juvo, auxilior, *fut.* ἀρήξω· *propriè* opem fero in bello: *nam ab* ἄρης, *deducitur.*

Μέγα, *neutrum genus*, μέγας, μεγάλη· *hîc vero ponitur adverbialiter* 78
pro μεγάλως. *Eustathius dicit* μέγας *compositum esse ex* μὴ, & γὴ, *ut qui non sit amplius* πρὸς γῆ, *sed* ὑπεραναβὰς τὴν γὴν, *qui non est humilis, inquit Martinius.*

Χολωσέμεν, *f.* 1. *inf. act. pro* χολώσειν, *à verbo* χολόω.

Κραίεω, *f.* ήσω, dominor; *à* κάτρος, εος, τὸ, potentia: *hoc autem à* 79
κρέω, impero.

Κρείσσων *vel* κρείτίων, ονος, ὁ ἡ ἡ, potentior; *à* κράτος, potentia. 80

Χώσεται, *f.* 3. *sing. f.* 1. *ind. med. verbi* χώομαι.

Χερείων, ονος, *Comparat. pro* χείρων, pejor, inferior; *à* κακὸς, *poëticum est, & in quibusdam casibus vertit* ει *in* η, *sublato* ον· *sic* χέρηϊ *dativ. pro* χερείονι, *ut in accus. & nom. plur. Dicitur autem quasi* καλὰ χεῖρα ἧττων, *qui manibus est inferior: vel secundum alios*, ὁ διὰ τῶν χειρῶν πορίζων τὸ ζῆν, *qui manibus victum quærit.*

Πὲρ *particula expletiva*; *hinc* καίπερ, quamvis: *nam sæpè significat* quamvis, & *sæpè vacat*; *interdum respondet Latinæ particulæ* 81
cunque.

Γὲ,

Γὲ, *syllabica adjectio, significat* quidem, certè, *saltem: est etiam particula expletiva, & vacat, præcipuè cùm jungitur aliis vocabulis.*

Αὐτῆμαρ, eodem die; *ab* αὐτὸς, & ἦμαρ, τος, τὸ, dies.

Πέπλω, *f.* ψω, coquo, *propriè, sed hìc metaphoricè sumitur: pro quo aliquando dicitur* πέσσω *Æolicè, Atticè* πέπλω, καὶαπέψη, 2. *sing. aor.* 1. *sub. act. Dicitur, secundum Martinium, quasi* πυρὶ ἕψω, igni coquo.

82 Ὄπισω, post, retrorsum, retrò; *hinc* μεδόπισθε, & -θεν, *à* tergo, pone; *item* post, postea; ὀπίσω, *autem fit ex* ἕπομαι, sequor: *mutato* ε *in* ο, & *aspirato in lenem*; *vel* παρὰ τὸ ἔπι *pro* ἔπεσι, sum post.

Κότος, ὁ, odium inveteratum: *à* κεῖμαι, jaceo, *quod sit quasi* χόλος ἀπόθετος, ira recondita; *à* κότος *fit* κοτέω, irascor.

Ὄφρα, donec, ut, *cui respondet* τόφρα, *tamdiu.*

Τελέσσῃ, 3. *sing. aor.* 1. *sub verbi* τελέω, *poët. pro* τελέσῃ.

83 Στῆθος, εος, τὸ, pectus, στήθεσσιν, *poët. pro* στήθεσι. *dat. plur. à* στῆναι, *quia stet immotum, nec inflectatur, ut alia corporis partes.*

Ἑὸς, ἑὴ, ἑὸν, *pro* ὅς, ἥ, ὅν, suus, sua, suum, ἑοῖσι, *dat. plur. Ion. pro* ἑοῖς.

Σαώζω, *f.* σω, servo, salvum, reddo; *à* σάος, salvus, *poët. pro* σόος.

84 Ἀμείβω, *f.* ψω, commuto, permuto; *idem passivum* ἀμείβομαι. *Item* respondeo, vices sermonis reddo. *Sæpè apud Homerum* ἀπαμείβομαι, vicissim respondeo; *item* respondeo.

85 Θαρσέω, *f.* ήσω, audax sum, fiduciâ præditus sum, fiduciam capio. *Attic.* θαῤῥέω, *à* θάρσος, εος, τὸ, fiducia, audacia; *quod à* θέρω, *fut. Æolic.* θέρσω, calefacio; *unde Æoles etiam dicunt* θέρσος *pro* θάρσος. οἱ γὰρ θερμοὶ καὶ θρασεῖς· θαρσήσας, *part. aor.* 1. *act.*

Μάλα, valde, multùm.

Θεοπρόπιον, ου, τὸ, *vel* ἡ θεοπρόπια, ας, prædictio divina, oraculum, vaticinium; *à* θεοπρόπος, vates: ὁ τοῖς θεοῖς πρέποντα λέγων, *hoc autem à* θεὸς & πρέπω· *alii* παρὰ τὸ θεόθεν προεἰπεῖν.

Ὅτι, quodcunque, *neut. ab* ὅστις· ᾧτε, *dat. sing. artic.* ὅς, ἥ, ὅ, *cùm* τε *particip. explet.*

Οἴδαδα, *Æolic.* οἶδα *per syncopen, pro* οἶδας *perfect.* τῦ εἴδομαι.

86 Μὰ, *Adverbium jurandi, significat* per, *aliquando negat per se, aliquando adjicitur* ὄ, *aliquando etiam affirmat. Sic* νὴ *idem, sed affirmativè plerumque significat.*

87 Ἀναφαίνω, ostendo, exhibeo; *à* φαίνω, apparere facio, luceo, defero, accuso; φαίνομαι, appareo; *à* φάω, luceo, *derivatur*; φαείνω *idem*; *hinc* φαίνω, *sicut* αἴρω *ex* ἀείρω.

88 Ἐμεῦ, *Doricè pro* ἐμοῦ.

Ζάω, vivo; *in infin.* ζῆν *pro* ζᾶν *Doricè*; *part.* ζῶν, τος, *à* ζέω, ferveo.

Χθὼν, ονὸς, ἡ, terra; παρὰ τὸ χεῖν, capere: *quòd omnia sinu excipiat.*

Δέρκω, video, *aor.* 2. ἔδρακον· & *Metathesi* ἔδρακον. *Sic* δέδρακα *in præterit. med. pro* δέδορκα; δερκομένοιο, *Ion. pro* δερκομένου.

89 Βαρὺς, βαρεῖα, βαρὺ, gravis, ponderosus, molestus: βαρείας χεῖρας, manus violentas; *à* βάρος, εος, τὸ, pondus, molestia. *Dicitur quia* βίᾳ αἴρεται, robore vel vi tollitur.

Ἐποίσει, 3. *sing. fut.* 1. *ab* ἐπὶ & φέρω.

Σύμπας,

Σύμπας, ασα, αν, omnis: ν *vertitur in* μ, *euphoniæ gratiâ.* 91

Πολλὸν, longè; *pro* πολὺ *poët. sive adverb. sive nomen.*

Αὐδάω, *f.* ήσω, loquor, dico; & αὐδάομαι, *idem*; ηὔδα, 3. *sing.* 92 *imperf. indicat. ab* αὐδὴ, ῆς, ἡ, dictio, vox; *hoc autem ab* αὔω, clamo, resono. *Secundum alios, ab* αὐγὴ, ῆς, ἡ, splendor, lux; *utpote* δι' ἧς αὐγάζεσθαι τὰ τῆ νοῦ, per quam cogitationes illustrantur.

Μῶμος, ου, ὁ, dedecus, infamia, irrisor, reprehensor; *hinc* Deus reprehensionis, *ut ante*; *hinc* μωμάομαι, reprehendo; *cum* α *privat.* & ω *verso in* υ, *fit* ἀμύμων, ονος, ὁ ϗ ἡ, irreprehensibilis. *Vel, secundum alios, dicitur quasi* ἀμύμων· *ab* α & μυγμὸς, ου, ὁ, sonus, *qui labiis occlusis emittitur ex naribus, quo irridere & subsannare solemus, ut sit ille in quo nihil derideri & subsannari potest.*

Οὔτ', ἄρ, ὄγ. *pro* ὅτε, ἄρα, ὅγε. 93

Ἕνεκα, propter, causâ, gratiâ. 94

Τὔνεκ', *factum ex* τῆ ἕνεκα, *pro* τέτε ἕνεκα. 95

Δίδωμι, do, infligo, *ut hîc*; *f.* δώσω, *præt.* δέδωκα, *aor.* 1. ἔδωκα, 96 &c. *ab inusit.* δόω.

Ἔτι, adhuc, ampliùs, posthac, etiam, insuper, *Adverb.*

Ἀπέχω, abstineo, *fut.* ἀφέξω· *ab* ἔχω. 97

Πρὶν, priùs, antea: *regit infin. & indicat. Sæpe geminatur, ita* 98 *ut posteriori loco significet* quàm, *& tum regit vel Conjunct. vel Infin. ut hîc.*

Δόμεναι, *Doricè pro* δοῦναι, *à* δίδωμι· ἀποδόμεναι, *aor.* 2. *inf. act.*

Ἑλικῶπις, ιδος, ὁ ϗ ἡ, oculos volubiles habens; *ab* ἑλίκωψ *idem, hoc autem ab* ἑλικὸς, ἡ, ὸν, volubilis: *ab* εἱλίσσω, verto, volvo, circumago, implico; ὤψ, ὠπὸς, ὁ, oculus, facies, vultus; *ab* ὄπλομαι, video; *sed* ὄψ, ὀπὸς, ἡ, vox; *ab* ἔπω, dico. *Alii dicunt ab* ἑλικὸς, niger; ἑλικῶπις *autem dicitur aliquando de puellâ spectatu dignâ, oculos amantium ad se trahente, ut hîc.*

Κόρος, ου, ὁ, juvenis, puer, *Ionic.* κοῦρος, *ut* νοῦσος· *hinc* κόρη, ης, ἡ, puella, *aliquando* filia; *à* κορέω, mundo, purgo; *quòd ætas illa pura est à malitiâ.*

Ἀπριάτην, *Adverb.* absque pretio; *hîc tamen adjectivè sumitur,* 99 *ab* α *privat. &* πριάομαι, *seu potiùs* πρίαμαι, emo, redimo; *hinc dicitur Priamus, quia cum in Græciam ab Hercule abductus est captivus, Hesione eum auro redemit.*

Ἀνάποινος, ου, ὁ ϗ ἡ, sine pretio; *ex* α *privat. &* ἄποινον, pretium redemptionis.

Ἄγω, duco, *de animatis:* affero, *de inanimatis*; *fut.* 1. ἄξω, *perfect.* ἦχα, *Atticè* ἤγηχα, *& pleonasmo literæ* ο, ἀγήοχα, *indef.* 2. ἤγαγον, *Atticè* ἤγαγον, &c.

Ἐς, *Poët. & Attic. pro* εἰς, in, ad. 100

Ἱλάομαι, propitium reddo, propitio, placo; *hinc* ἱλάσκω *idem*; ἱλασσάμενος, *aorist.* 1. *part. med. Eustathius dictum putat quasi* ἵεμαι λαοῖν, *quòd qui propitii sunt, libenter petentes videant.*

Πέπιθον, *cum reduplicatione Ionicâ, pro* ἐπιθον· πεπίθοιμεν, 1. *plur. aor.* 2. *act. optat. pro* πίθοιμεν· *à* πείθω, persuadeo.

102 Εὐρυκρείων, οντος, ὁ, latè imperans; *ab* εὐρὺς, εῖα, ὺ, latus; & κρείων, οντος, regnator; *quod eſt à* κραίνω, impero.

103 Ἄχνυμαι, doleo, ægrè fero, turbor; ἀχνύμενος, *part. præſ. maſc. ab* ἄχος, εος, τὸ, dolor, mœror.

Μένος, εος, τὸ, animus, animi ardor quidam, impetus animi concitati, quo quis ira percitus in adverſarium fertur; *aliquando* robur, vis, vehementia, ira; *à* μένω, maneo.

Ἀμφιμέλαιναι, utrinque nigræ. *Sic dicuntur* φρένες, *quòd irâ tanquam fumo quodam denigrentur. At Euſtathius putat ita dici,* διὰ τὴν ἐν βαθεῖ αὐτῶν θέσιν, *ob profundam eorum poſitionem in corpore;* μέλας, αινα, αν, niger; *quod ex* μὰ *negativè ſignificante, &* λάειν, videre.

104 Πίμπλημι, impleo, *pro* πίπλημι, *per reduplicationem poëticam: nam poëtæ mirâ in reduplicationis varietate licentiâ utuntur. Aliquando reduplicationem, quæ ſua natura brevis eſt, poſitione producunt: ut in* πίμπλημι· *aliquando habent in ſecundâ ſyllabâ: ut* ὀίνημι, &c. πίμπλημι, *à* πλάω *inuſit. quod à* πλήθω *idem: hoc autem à* πλέος, plenus. *Dicitur etiam* πίπλημι *&* πλῆμι, *ſine reduplicatione; item* πιμπλάω, πίμπλανθ' *pro* ἐπίμπλανθο, 3. *ſing. imperf. ind. paſſ.*

Ὄσσος, εος, τὸ, oculus; *in duali* ὄσσεε, *& Apoc.* ὄσσε; *vel fiat* ὄσσε *pro* ὄσσω; *tertiæ dclinat. ſimplicium per Metaplaſmum; ab* ὄσσομαι, video, *quod eſt pro* ὄπλομαι, *per Æolicam mutationem: illi enim quædam in* πλω *ſcribunt per* ϝσω.

Λαμπετάω, luceo; *à* λαμπὰς, άδος, ἡ, lampas; *hoc autem à* λάμπω, *f.* ψω, luceo. *Dicitur quaſi* λίαν, φῶ. *Poëtæ in ſecundâ contractorum, cùm contractio fit in* ω, *aliud* ω *inſerunt præcedente longâ; præcedente vero brevi, pro hoc* ω *habent* ο: *ut* πηδάω, πηδῶ, *poët.* πηδόω· λαμπελάωνθι, λαμπελῶνθι, *poët.* λαμπελόωνθι.

Εἴκω, *f.* ξω, ſimilis ſum, aſſimilor, cedo, obedio; *ab* אִיך, *ec*, ſicut, *Hebr. imperf.* εἶκον, *tertiâ dual* εἰκέτην, *per Syncopen* εἶκλην, *& ſoluta diphthongo,* ἔϊκλην· *hinc* εἰκὼν, ονος, ἡ, imago.

105 Πρώτιστος, η, ον, *ſuperl. à* πρῶτος· *nam Græci aliquando derivant ſuperlativa à ſuperlativis;* πρῶτος, *fit à* πρόταλος, *eliſo* τ, *factâque Craſi,* πρῶτιστα, *neut. plur. adverbialiter ſumptum.*

Ὀσσόμενος, η, ον, aſpiciens, *part. præſ. verbi* ὄσσομαι.

Εἶπα, *Atticè pro* εἶπα· *ut* ἔώρακα *pro* ὥρακα· *&* ἔειπον *pro* εἶπον, *ab* ἔπω· προσέειπε, 3. *ſing. aor. ind.*

Πώποτε *pro* πότε, quum, unquam. *Multæ particulæ ad* πότε *adjiciuntur, quæ non mutant ſignificationem;* πότε *autem ab* ὅτε.

106 Κρήγυος, *vel* τὸ κρήγυον, placitum, bonum, jucundum. *In neutro genere tantùm pro ſubſtantivo: quaſi* κηρὶ ἡδὺ, cordi jucundum & gratum. *Vel, ſecundum alios, quaſi* κῆρ ἄγων.

107 Ἐσθλὸς, ἡ, ὸν, bonus, utilis, ſtrenuus; *ab* ἐθέλω, volo, *pleonaſmo* τῦ σ, *quia bonos amamus & cupimus.*

108 Ἐτέλεσσας, 2. *ſing. aor.* 1. *ind. act. pro* ἐτέλεσας, *geminatur* σ *poët. à* τελέω, perficio.

109 Θεοπρεπέων, vaticinans, *part. præſ. verbi* θεοπροπέω.

Ἀγορεύεις, prædicas, 2. *ſing. ind. præſ.*

110 Χρυσηΐς, δος, ἡ, *patronymicum à* Χρύσης.

Οὐ *ante conſonantem*, οὐκ *ante lenem vocalem*, οὐχ *ante aſperam.* 111

Οἴκοι, domi; οἴκοθι *idem*; *ab* οἶκος.

Προὔβεβουλα, prætuli, malo *vel* malui; *eſt perf. med.* προβέλομαι *inuſitat. à* βέλομαι, volo, *fut.* βουλήσομαι. 112

Κυρίδιος, α, ον, juvenilis. *Plerumque ei tribuitur, qui juvenili ætate uxorem duxit. Fœmin.* κυριδία, ας, *& Ion.* ης, uxor, juvencula, *ſeu quæ virgo nupſit*; *à* κῦρος, *ſupra.* 113

Ἄλοχος, ου, ἡ, uxor, *ex* α *pro* ἅμα, *&* λέχος, εος, τὸ, lectus. 114

Ἔθεν, *per Syncop. pro* ἔοθεν, *pro* οὗ, ſui, *hîc* illa. *Poët. & Attic. Iones pro* οὗ *dicunt* ἕο, *Attici addunt* θεν, *ita* ἕοθεν. *Attici & Poëtæ, per Syncopen vocalis* ο, ἕθεν· *ita etiam* ἑμοῦ *&* σοῦ *ſe habent. Eſt &* ἕθεν *pro* ἑᾶ, *ſe.*

Δέμας, τὸ, corpus; *indeclin. eſt: à* δέμω, extruo, ædifico; *quaſi* δῶμα ψυχῆς, animi domicilium, *inquit Euſtathius. Vel à* δέω, ligo: *corpus enim eſt carcer &* δεσμὸς *animæ. Univerſam mulieris virtutem (inquit* Coul.) *ingeniosè complexus eſt Homerus hoc verſu,* ἐ δέμας, ἠδὲ φυὴν, *&c.* δέμας *&* σῶμα *ita opponuntur apud Homerum, ut illud* corpus animatum, *hoc* inanimatum *ſignificet.* 115

Φυὴ, ῆς, ἡ, indoles, natura: *à* φύω, naſcor, gigno, produco, do in lucem; *hinc* φύσις, εως, ἡ, natura, potentia, res innata, ingenium, indoles.

Ἔργον, ου, τὸ, opus, officium; *ab* ἔοργα, *præt. med. verbi* ῥέζω. *Poteſt etiam derivari ab Hebraico* ארג *arag*, texere.

In δέμας, φυὴν, φρενὰ, *&* ἔργον, *ſubintelligitur* καῖὰ. *Accuſativus partis aut adjuncti ſæpè cum nomine vel verbo ponitur* ἐλλειπτικῶς *deficiente præpoſitione* κατὰ, *quam conſtructionem dicunt Grammatici Synecdochen.*

Δόμεναι, dare, *Dor. ſeu Æol. pro* δοῦναι, *aor. 2. inf. verbi* δίδωμι. 116

Βέλομαι ἐγὼ, *hîc ſubintelligitur* μᾶλλον. 117

Εἶναι, *infin. ab* εἰμὶ, ſum. *Ionicè* ἔμεν, *Doricè* ἦμεν *&* ἦμες, *Attic.* ἔμεναι, *Æol.* ἔμμεναι, *Poët.* εἶμεναι.

Αὐτίκα, ſtatim, primo quoque tempore, illico, *ab* αὐτὸς, ipſe, αὖτοθεν *idem*; αὐτίχ' *propter ſeq. aſpiratam.* 118

Ἑτοιμάζω, *f.* σω, præparo; *ab* ἕτοιμος, ου, ὁ ϗ ἡ, promptus, paratus, *quod dicitur quaſi* ἑτὸς εἰς οἶμον, miſſus in viam; *ab* ἵημι, *inquit Martin.* ἑτοιμάσαῖε, *2. pl. aor. 1. imperat. act.*

Οἷος, α, ον, ſolus; *&* οἷος, α, ον, *cum aſpero*, qualis.

Ἀγέραστος, ου, ὁ ϗ ἡ, *ab* α *privat. &* γέρας, τος, τὸ, præmium; *i. e.* ſine præmio. 119

Ἔω, *diſſolute pro* ὦ, *præſ. ſubjunct. ab* εἰμὶ, ſum.

Ἔοικε *impersonaliter ſumptum ſignificat* æquum eſt, *perf. Attic. ab* εἴκω, ſimilis ſum.

Βλέπω, *&* βλέπω, video; *ſed Æol.* βλέσσω· *hinc auferendo* β, *interpoſito* υ, *fit* λεύσσεῖε, *2. plur. præſ. ind. act.* 120

Ἄλλῃ, aliò, ad alium locum. *Adverb. à dativo fœmin. Adj.* ἄλλος, η, ον.

Ποδάρκης, εος, ὁ ϗ ἡ, pedibus ſufficiens, pedibus celer; *à* πούς, *&* ἀρκέω, ſufficio, par ſum: *hinc imperſon.* ἀρκεῖ, ſufficit. 121

122 Κύδιστ-ος, η, *superl. à* κυδρὸς, ὰ, ὸν, glorioſus; *à* κῦδ-ος, εος, τὸ, gloria, laus. *Vid.* κῦδ-ος, α, 278. *At* κύδ-ος, ος, ὁ, convitium.

Φιλοκτέανος, ος, ὁ ἡ, poſſeſſionum cupidus, avarus; *à* φίλος & κτέανον *P. ët. idem quod* κτῆμα, ατος, τὸ, poſſeſſio *à* κτάομαι, paro, acquiro: *ſed perfect. pluſquamperf. & aor.* 1. *med. ſignificant*, poſſideo, habeo.

123 Μεγάθυμος, ος, ὁ ἡ, magnanimus; *à* μέγας, & θυμὸς, animus.

124 Ἴσημι, ſcio, 1. *pl. præſ. ind.* ἴσαμεν, *per Syncop.* ἶσμεν· *ab* εἴδομαι, ſcio, ἴδμεν, *Doricè ſive Æol.*

Ξυνήϊος, ος, communis: *à* ξυνὸς, communis.

Κέω, & κεέω, κίημι, & κέεμαι· *hinc Craſi* κεῖμαι, jaceo; *imperf.* ἐκείμην, *fut. med.* κείσομαι, jaceo, poſitus ſum, repoſitus ſum; κείμενα, *part. præſ. neut.*

Τὰ πολέων, *ſcil.* πράγματα, res urbanæ.

Ἐξεπράθομεν, diripuimus, 1. *pl. aor.* 2. *per Metatheſin pro* ἐξεπεράθομεν, *à verbo* ἐκπέρθω.

125 Δέδαγμαι, *tertia perſona perfecti paſſ. ab inuſit.* δάγω, divido; *à* δαΐω, δαίω *idem*; *etiam* ſcio, diſco, comburo, convivor. *Significat* divido *propriè de eo partiendi modo, qui in conviviis uſitatus erat.*

126 Παλίλλογας, ος, ὁ ἡ, rurſus numeratus *vel* collectus; *à* πάλιν, rurſus, & λέγω, lego, eligo, numero.

127 Πρόες, *aor.* 2. *imperat.* προΐημι, *ex* πρὸ & ἵημι.

128 Τριπλῆ, tripliciter; *à* τριπλόος, ῆς, *fœm.* ῆ, triplus; *hoc autem à* τρεῖς, tres, & πέλω, ſum: *ut* ἁπλόος *ſecundum Euſtath. quaſi* τρίπελος, ἄπελος.

Τετραπλῆ, quadrupliciter, *à* τετραπλόος, *quod à* τέσσαρες, *Atticè* τέτταρες.

Ἀπολέω, *f.* τίσω, compenſo; ἀπολίσομεν, 1. *plur. fut. ind.*

Αἴθε *pro* εἴθε, *Dor.* utinam, *ſic* αἴκα *pro* εἴ κε, ſi *hîc.*

Πόθι, ubi, quo, ποθὶ *accentu in ult.* alicubi, aliquando.

129 Δῶσι *cum* ι *ſubſcripto, Ion. pro* δῷ, 3. *ſing. aor.* 2. *ſubjunct. ſin. abſque* ι, *eſt* 3. *plur.*

Εὐτείχεος, ος, ὁ ἡ, bene muratus; *ab* εὖ, & τεῖχος, εος, τὸ, murus; *quod à* τεύχω.

Λάπτω, *f.* ψω, lambendo bibo, *propriè ut canis, unde Angl.* to lap: *eſt etiam* evacuo; *hinc* λαπάζω, *f.* ξω, evacuo, perdo; *idem* ἀλαπάζω, *pleonaſm.* τῦ α, & ἐξαλαπάζω, debellare, vaſtare, diripere; ἐξαλαπάξαι, *aoriſt.* 1. *inf. act.*

130 Ἀγαθός, περ, *iſta adjectio ſyllabæ ſignificat ſæpè* quamvis, etſi.

131 Θεοείκελος, ος, ὁ ἡ, Deo ſimilis; *à* Θεὸς, & εἴκελος, ος, ὁ ἡ, ſimilis; *ab* εἴκω, aſſimilo, obedio. *Dicitur de viris adeò claris, ut Diis comparandi ſunt.*

132 Κλέπτω, *f.* ψω, furor, decipio; *à* καλύπτω, abſcondo: *ſignificat aliquando* abſcondo.

Νόος, ος, ὁ, mens, animus; *Craſi* νοῦς· *hinc multa ſubſtantiva in* οια *formantur.*

Παρέρχομαι, prætereo, tranſeo, ſupero currendo, & *generalit.* ſupero quocunque modo; παρελεύσαι, *Ionic. pro* παρελεύσῃ, 2. *ſing. f.* 1.

Θέλω,

Θέλω, *sumit tempora à* θελέω· ἐθέλω *idem.* 133

Αὔτως, fruſtra, temerè; *communiter* ſic, hoc modo.

Ἧμαι, ſedeo; ἧσθαι, *præſ. inf. ab* ἕω, colloco. 134

Δεύομαι *pro* δέομαι· *Epenth. Æol.* δευόμενον, *accuſ. ſing. præſ. verbi* 135
δέω, ligo, indigeo, ſupplico; *hinc impersonale* δεῖ, oportet; *ſed tempora poëtica ſumit à* δέω.

Ἄρω, apto, coapto, & *neutraliter* congruo, *fut.* ἀρῶ, & ἄρσω, 136
Æol. hinc aor. 1. ἦρσα· *hinc particip.* ἄρσας, ασα, αν.

Ἀνάξιος, ία, ον, exiſtimatione par, æqualis pretii, *ab* ἀνὰ, *quod in compoſitione ſignificat* contra, æquè, & pro, & ἄξιος, ία, ον, dignus; *quod ab* ἄγω, æſtimo.

Ἔσαι, *Syncope pro* ἔσεαι, 3. *ſing. f. ind. verbi* εἰμὶ.

Δώωσι, *Poët. pro* δῶσι. 137

Ἕλωμαι, 1. *ſing. aor.* 2. *ſubjunct. med. ab* εἷλον, *quod eſt aor.* 2. *verbi* αἱρέω, capio, *mutuatitius ab* ἕλω.

Τεὸς, ὴ, ὸν, *Dor. & Poët. pro* σὸς, σ *in* τ *mutato, &* ε *inſerto.* 138

Ἰὼν, *aor.* 2. *part. ab* εἶμι, vado.

Ὀδυσσεὺς, έος, & *Ion.* ῆος, ὁ, Ulyſſes, *à quo nomine appellantur illi libri, quos Homerus ſcripſit de ejus peregrinatione; ab* ὁδὸς, ὅ, ἡ, via, *quia in triviis mater eum peperit.*

Ἵκωμαι, *aoriſt.* 2. *ſubjunct. verbi* ἱκάνομαι, *quod aliquando ſignificat* 139
invado, ὸν, ἐπὶ *ſcil.*

Μεταφράζομαι, poſt delibero, μεταφράζω, interpretor, *à* φράζω, di- 140
co; *à* φάω, dico, φάζω, & *Epentheſi τοῦ* ρ φράζω· μεταφρασόμεσθα, *Dor. pro* μεταφρασόμεθα, 1. *pl. fut.* 1. *med.*

Ἐρύω, *f.* ξω, traho, *item* cuſtodio, libero, tueor; ἐρύομεν *pro* ἐρύω- 141
μεν *cum* ω, *per Syſtolen; ita* ἐρύσσομεν *pro* ἐρύσωμεν, σ *etiam poëticè geminato; à* ῥύω *idem. Dicitur etiam* εἰρύω *pro* ἐρύω.

Ἐρέσσω, remigo, *propriè; hinc* ἐρέτης, ου, ὁ, remex; & ἐρετμὸς, οῦ, ὁ, 142
remus. Ἐς δ' ἐρέτας ἀγείρομεν, Tmeſis *pro* εἰσαγείρομεν ἐρέτας.

Ἐπιηδὲς, *Adverb.* ſtudiosè, de induſtriâ, *ab* ἐπιηδὴς, ές, ὁ, ἡ, ἢ, neceſſarius, idoneus, amicus. *Et Euſtathius dicit* ἐπιηδὲς, *eſſe pro* ἐπιηδεῖς, *ut* ϖαλιμπετὲς, *Odyſſ.* ε. 27. *pro* ϖαλιμπελεῖς, *ut ſit hic,* idoneos, habiles. *Adverbium autem habet accentum in antepenultimâ: ut* ἄληθες· *fit ab* ἐπὶ τὸ δέον, *vel ab* ἡδὺς, *quia quæ nobis ſunt idonea, eadem jucunda; hinc* ἐπιήδευμα, ατος, τὸ, ſtudium præceptum.

Θῶμεν, 1. *perſ. plur. aor.* 2. *act. ſubjunct. verbi* τίθημι, pono. *Poëti-* 143
cá reſolutione θέομεν, *deinde inſerto* ι θεῖομεν, ω *mutato in* ο *per Syſtolen.*

Καλλιπάρηος, ος, ὁ, ἡ, pulchras habens genas; *à* κάλλος, εος, τὸ, & παρειὰ, ᾶς, ἡ, gena; *quod ab* ἐπαίρω, attollo, *quia eſt ſublimis & conſpicua pars corporis: & vertitur* ει *in* η *Æolicè.*

Βήσομεν, *per Syſtolen, pro* βήσωμεν, *à* βαίνω, βήσομαι, gradior. *Eſt* 144
& *fut. activum* βήσω, *unde aor.* 1. ἔβησα, aſcendere juſſi. *Formatur à* βάω, *inuſitat. à quo tamen reperiuntur quædam tempora apud poëtas* βέβαα, βέβαμεν, βεβαῶς.

Εἷς, μία, ἕν, unus, *per ſe non declinatur in plurali, ſed cum* μη & ϖ *declinatur: ut* οὐδένας, μηδένας, nullos.

Ἀρχὸς, ου, ὁ, princeps, præfectus; *ab* ἄρχομαι, incipio, ſum auctor, impero, dominor; ἄρχω, *idem.*

Βεληφόρος, ου, ὁ ϰ᾽ ἡ, conſilium portans, conſultor; *à* φέρω, & βελή.

45 Αἴας, αντος, ὁ, Ajax; *ab* αἰάζω, lugeo: *quia cùm puer eſſet, magno dolore affectus eſt. Vel (ut* Coulon *ait)* Αἴας *fit* παρὰ τὸ ἀΐσσω, *quòd ad bellum cum impetu prorumperet: & à morte ejus maximè deflecta, fit verbum* αἰάζω, lamentor.

146 Ἐκπαγλος, ου, ὁ ϰ᾽ ἡ, horibilis, ſtupendus, vehemens; *per Metatheſin pro* ἔκπλαγος *idem, ab* ἐκπλήσσω, percello, perterrefacio, -ομαι, ſtupeo, percellor; ἐκπαγλότατος, *ſuperl.*

Ἰλάσσεαι, places, *Ion. pro* ἱλάσσῃ, *2. ſing. aor. 1. ſub. med. verbi* ἱλάσκομαι.

147 Ῥέζω, facio, ſacrifico, *fut.* ῥέξω, & *Metatheſi* ἔρξω, *tanquam ab* ἔργω, *præt. ϰα᾽ regit aliquando geminam accuſativum, ut Il.* β. 195. μήτι χολωσάμενος ῥέξῃ ϰακὸν οἷας Ἀχαιῶν, ne quid iratus faciat mali filiis Græcorum; *hinc paſſivum* ῥέζομαι, fio; *præt. med.* ἔρογα᾽ & *Metath.* ἔοργα; *hinc* ἐϰάεργος, *de quo vide* α. 74.

148 Ὑπόρα, torvè, *per pleonaſm.* τῷ δ, ὑπόδρα *idem; ab* ὑφοράομαι, ſubaſpicio, torvè aſpicio. *Vel ab* ὑπὸ, & δέρϰω.

149 Ὤμοι *pro* οἴμοι, heu mihi, *vox dolentis;* οἱ *regit aliquando nominat. dat. accuſ.* ὤμοι᾽ *jungitur vel nominat.* ὤμοι ἐγὼ δαλός᾽ *vel vocat. ut hic.*

150 Ἀναίδεια, ας, ἡ, impudentia; *ab* ἀναιδὴς, ἐος, ὁ ϰ᾽ ἡ, impudens; *hoc autem ab* αἰδὼς, οῦς, ἡ, & α *privat.* ἀναιδείη *Ionicè. Eleganter vocat Achilles Agamemnon* ἀναιδείην ἐπιειμένον, impudentiâ indutum, *quia loquendi ratione Platonici virtutes & vitia veſtes animæ nominabant.*

Ἐπιειμένος, *partic. præt. perf. paſſ. ab* ἐπιέννυμι, *vel* ἐπιέω, *pro quo in proſâ dicitur* ἐφειμένος᾽ *ab* ἔω, induo.

151 Κερδαλεόφρων, ονος, ὁ ϰ᾽ ἡ, animum habens aſtutum & avidum, *à* ϰερδαλέος, α, ον, aſtutus: *quod à* ϰέρδος, εος, τὸ, aſtutia: *vel* vulpinam & leoninam mentem habens; *à* ϰερδὼ, vulpes, λέων, leo, & φρὴν, mens.

152 Ὁδὸς, οῦ, ἡ, via, iter, auxilium; *aliquando* inſidiæ. *Sunt duæ vincendi hoſtes rationes; una per inſidias, hoc eſt,* ὁδὸν ἐλθέμεναι᾽ *altera, aperto Marte, quod eſt,* ἴφι μάχεσθαι.

Αἰχμηλάων, *Æolicè pro* αἰχμηλῶν᾽ αἰχμηλὴς, οῦ, ὁ, bellator; *ab* αἰχμὴ, ῆς, ἡ, cuſpis: *quod dicitur* ἀπὸ τῷ αἷμα χέειν.

153 Δεῦρο, huc, *pro quo Atticè* δευρί.

Αἰτία, ας, ἡ, culpa, cauſa: *hinc* αἴτιος, ία, ον, reus, accuſandus, ob rem aliquam utpote ejus auctor, ſupplicio dignus, *ſecundum Euſt.*

154 Βῆς, bos, *vel* vacca; βοὸς, ὁ ϰ᾽ ἡ, *accuſ. plur.* βόας, βῆς.

Ἐλαύνω, *ab* ἐλάω, impello, ago, inſtituto, excito, percutio, vulnero; ἤλασα, *aor. 1. ind.*

Ἵππος, ου, ὁ equus; *ab* ἵεσθαι ποσί.

155 Ἐριβώλαξ, ϰος, ὁ ϰ᾽ ἡ, valde glebоſus; *ab* ἔρι, *quæ auget in compoſitione,* & βῶλος, ου, ὁ, gleba; *ſeu* βώλαξ.

Βωτιάνειρος, ου, ὁ ϰ᾽ ἡ, alens & educans viros: *à* βῶτις, *fœmin. ab* ὁ βώτης, ου, paſtor: *quod à* βόσϰω, paſco, ο *mutato in* ω᾽ *aut à* βρώσϰω, σω, *Ellipſi* τῷ ρ. *quæ ambo à* βίω *inuſit.*

Καρπὸς,

Καρπὸς, ὃ, ὁ, fructus, fruges, quicquid è terrâ provenit; *aliquando* utilitas *per Metonym.*

Δηλέω, *f.* ήσω, lædo, *cujus media vox usitatior: dicitur quasi* δήϊον λαῷ, hostile quippiam intendo: *vel, secundum Eustathium,* à δαλὸς, ὃ, ὁ, titio, *quod* à δαίω, uro, *ut sit propriè* καυλικῶς βλάπτω καὶ ὡσεὶ διὰ δαλοῦ καίοντος· ἐδελάσασθ' 3. *pl. aor.* 1. *ind. med.* 156

Ἐπειὴ, *pro* ἐπειδὴ, *auferendo* δ, cùm, quoniam.

Μάλα, valde multùm, admodum, vehementer, citò; *aliquando jungitur cum adjectivo, aliquando cum verbo, aliquando cum alio adverbio; hinc* μᾶλλον & μάλιστα.

Μεταξὺ, inter, in medio, *aliquando cum genit. aliquando sine casu, à Præpositione* μετά.

Σκιόεις, εσσα, εν, umbrosus, *à* σκία, ας, ἡ, umbra, *quasi à* κίω, vado, *quia cum corpore semper vadit.* 157

Ἠχήεις, εσσα, εν, resonans; *ab* ἦχος, ου, ὁ, sonus; *ab* ἦχα, *præterit. verbi* ἄγω, frango, *ut frangor à frangendo; hinc* ἠχέω.

Ἕσπομαι, *Poët. addito* σ *pro* ἕπομαι, sequor; *in cujus temporibus sæpè amittitur* ε· *ut* σπυ *pro* ἔσπυ· *pro quo* σπεῖο *in imperat. est aliquando* salutantis, *aliquando* valedicentis. 158

Χαίρω, gaudeo, χαίρῃς, 2. *sing. subj. præs. tempora sumit à* χαιρέω. 159

Τιμὴ, ῆς, ἡ, pœna: *à* τίω, punio.

Αἴρω, tollo, capio; *hinc* ἄρνυμαι *idem. Quidam autem volunt esse* dando ἄρνα, pro eo aliquid vicissim accipere, & καταχρηστικῶς *ad alia transferri.*

Κυνώπης, ου, ὁ, habens canis vultum; *à* κύων, canis, & ὤψ, vultus, oculus; *à quo* κυνῶπις *fœmin. γ.* 180.

Μελιηδέπω, converto; *hîc* curam gero. 160

Ἀλεγίζεις, curas, 2. *sing. præs. ind.*

Ἀφαιρήσεσθαι, ablaturum esse, *f.* 1. *inf. m. verbi* ἀφαιρέομαι.

Ἀπειλέω, *f.* ήσω, minor, glorior *aliquando.* 161

Μογέω, *f.* ήσω, laboro, patior, *idem* μογεύω, *à* μόγις, *Adverb.* vix, magno cum labore; *nam apud Græcos derivativa sæpè fiunt ab Adverbiis.* 162

Δόσαν, *Ionic. & Poët. pro* ἔδοσαν, 3. *pl. aor.* 2. *à* δίδωμι.

Υἷες Ἀχαιῶν, viri Achivi; υἷες, *n. pl. per Sync. pro* υἱέες *à* υἱεὺς, έος. 163

Εὐναιόμενος, η, ον, bene habitatus; *part. à* ναίω, habito, *quod Eustathius deducit à* νέω, cumulo. 164

Πτολιέθρον, ου, τὸ, *addito* τ *pro* πολιέθρον, urbs; *à* πόλις, εως, ἡ, *idem.*

Πολὺς, πλείων, πλεῖστος, multus. 165

Πολυάϊξ, κος, ὁ καὶ ἡ, impetuosus; *à* πολὺς, & ἀΐσσω, impetu ruo.

Ἕπω, curo, operor, tracto; *hinc* διέπω, administro, rego: *sed* ἕπω *cum tenui,* dico, & ἕπομαι, sequor. 166

Δασμὸς, ου, ὁ, divisio, *scil.* prædæ; *à* δάζομαι, *quod à* δαίω, divido.

Πολὺ, *additur Comparat. & Superlat.*

Ὀλίγος, η, ον, parvus, paucus; *ab* ὀλέω, *id est,* ὄλλυμι, *vel ab* ὅλος, totus, *per Antiphrasin.* 167

Ἐπὴν, cùm, postquam, *pro* ἐπ' ἂν, *pro* ἐπεὶ ἄν. 168

Κεκάμω, 1. *ſing. aor.* 1. *ſubjunct. verbi* κάμνω, *reduplicationem habens præteriti, fut.* καμῶ, *præt.* κέκμηκα.

Φέρω, *hinc Comparat.* φέρτερος, qui plus poteſt ferre, *vel* portare; & *ideo* validior, robuſtior: *ſuperl.* φέρτατος, φέριστος, φέρτιστος.

Ἴμεν, *Dor. pro* εἶναι· *ab* εἶμι, eo.

170 Κορώνη, ης, ἡ, cornix, ſummitas in curvamine arcus, & *generalit.* quævis ſummitas. *Eſt etiam* inflexum illud quod in navis puppi viſitur; *item* quicquid inflexum; *item* corona; *hinc* κορωνὶς, ίδος, ἡ, navis; *vel*, in quâ ſummitates inflexæ ſunt; *vel*, in quâ puppis incurva eſt.

Ἐνθάδε, *Adverb.* hîc.

Ἄτιμος, ος, ὁ ϗ ἡ, inhonoratus; *ex* α *priv.* & τιμὴ, honor.

171 Ἄφενος, εος, ὁ, *vel*, τὸ, divitiæ: *ſed propriè* cenſus, *vel* reditus unius anni; *quaſi* ἀφ' ἑνὸς ἔνος, uno anno collectum; *per Syncop.* ἄφνος.

172 Πλοῦτος, ου, ὁ, divitiæ: παρὰ τὸ πολὺς, & τῶ, *quod eſt*, accipio; *quaſi* πολύητος, à multis acceptæ: *vel quaſi* πολύεϊος, *ſcil.* divitiæ multorum annorum decurſu paratæ. *Vel*, ex multorum annorum proventu provenientes. *Hoc autem differunt* πλοῦτος & ἄφενος, *quòd illud ſignificet* divitias per multos annos & magno labore collectas; *hoc autem* uno anno & abſque magno labore partas.

Ἀφύω, *f.* ξω, haurio; *idem* ἀφύσσω· *hîc autem* ἀφύξειν, *f.* 1. *infin. Metaphoricè*, acquſiturum eſſe; ἀφύω *autem ab* ἀπὸ & ὕω.

173 Σείω, & σεύω, quatio, incito, fugo, pello; *à* τεύω, *aor.* 1. ἔσευα, *à* σεύω, *aufertur* ε *poëtice, hinc* σύω· *hinc præter-paſſ.* σέσυμαι, & *Metatheſi* ἔσσυμαι· ἐπέσσυλαι, 3. *ſing.*

174 Εἵνεκα *pro* ἕνεκα, *Poëticè.*

175 Μητιέτης *vel* μητίετα, ου, ὁ, prudens, ſapiens; *à* μῆτις, ιδος, ἡ, conſilium, deliberatio; *à* μήδομαι, curo, delibero, molior.

176 Ἐχθρὸς, ὰ, ὸν, inviſus, quem odimus, *item*, qui odit; *generaliter*, inimicus. *Comparat.* ἐχθίων, *Superl.* ἔχθιστος· *ab* ἔχθος, εος, τὸ, odium; ἀπὸ τοῦ ἔχεσθαι, hærere, ut ſit odium quod animo infixum hæret.

Ἐσσὶ, *poët. pro* εἶ· *ab* εἰμὶ, ſum.

177 Διοτρεφὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, à Jove nutritus; *hîc epitheton regum*; *vel quòd à Jove originem ducant, vel quòd ab eo regnum ſint adepti*; *à* διὸς, & τρέφω, nutrio.

178 Κρατερὸς, & *Metatheſi* καρτερὸς, ὰ, ὸν, fortis, durus, vehemens; *à* κράτος, εος, τὸ victoria.

Πῆ, *Partic. enclit.* alicubi, uſpiam: *aliquando vacat, ut hîc*; *hinc* δήπου, & δήπουθεν, nimirum, certè; *hinc* ὅπου, ubi; *ab* ὅς, ἥ, ὅ.

179 Ἕταρος, ου, ὁ, ſocius, amicus, *pro* ἑταῖρος, *idem*; *aliquando* adminiſter, *ab* ἕτης, ſocius. *Genit.* ἕτου.

180 Σέθεν, & σέοθεν, *Poët. pro* σοῦ.

181 Ὄθη, ης, ἡ, cura: ὄθομαι, curo, moveor.

182 Κολεόιλος, irati, *part. præſ. verbi* κολέω.

183 Ὧδε, ſic, hoc modo.

184 Πέμπω, mitto, *f.* πέμψω.

185 Κλισία, ας, ἡ, locus aliquis accubitorius, ſtatio, tentorium; *à* κλίνω, inclino, incumbo; κλισίηνδε, *pro* εἰς κλισίαν· κλησίηθεν, *pro* ἀπὸ κλισίας.

Στυγέω,

Στυγέω, *ab inuſit.* στύγω, *fut.* στύξω, odi, timeo, horreo, triſtor; *hinc* στὺξ, γὸς, ἡ, Styx, *palus apud inferos.* 186

Φάσθαι, *inf. aor. 2. med.* ἐφάμην, *à* φημί. 187

Ὁμοιωθήμεναι, *Doricè pro* ὁμοιωθῆναι, *infin. aor. 1. paſſ. ab* ὁμοιόω, aſſimilo, ſimilem facio; *ab* ὅμοιος, ſimilis.

Ἄνδιχα, coram, palam, è contrario; *ab* ἀνδί.

Ἄχος, εος, τὸ, dolor, triſtitia, *ut hîc*; *aliquando*, perturbatio, ca- 188
lamitas, *ut Il.* κ. 45. τοῖον γὰρ ἄχος βεβήκειν Ἀχαιὺς, talis enim perturbatio vel calamitas urget Achivos. *Aliquando* culpa, cujus gratiâ dolor alicui immittitur, *Il.* υ. 307. ἄλγεα πάσχει Μὰψ ἕνεκ' ἀλλοτρίων ἀχέων, dolores patitur incaſſum ob alienas culpas; *ab* α *priv.* & χαίνω, dehiſco, *quòd facit, ut nè quis vel hiſcat*; *vel ex* α *epitatico*, & χῶ, *id eſt*, χέω, fundo; *eſt enim* ἡ ἄχαν σύγχυσις, *inquit Euſtath. ad quam Etym. alludit Homerus, Il.* υ. 381. καὐδ' ἄχος οἱ χύτο μυρίον ὀφθαλμοῖσι, dolor ei offuſus eſt plurimis oculis. *Aliquando enim ſignificat* lacrymas ex dolore ortas, *ut Od.* δ. 530. ἄχεϊ φθινύθουσι παρειαὶ, lacrymis tabeſcunt genæ; *hinc Angl.* to ake, & ache.

Ὄτορ, ρος, τὸ, cor, animus. *Euſtathius indeclinabile eſſe dicit ab* ἄω, ſpiro.

Λάσιος, α, ὁ καὶ ἡ, hirſutus: *à* λάχνη, ης, ἡ, lanugo. 189

Διάνδιχα, bifariam, dupliciter *poëtic.* & ἀνδίχα *idem, pro* δίχα *idem, quid à* δὶς, bis; *quod per Syncopen pro* δυάκις, *à* δύο· *hinc* διχάζω, divido; δὶς *in compoſitione ante vocalem retinet* σ, *ante conſonantem modò retinet, modò non.*

Μερμηρίζω, *f.* ξω, ſolicitè cogito, delibero, anxiè dubito: *a* μέρμηρα, ας, ἡ, curo, angor, conſilium; *quod à* μερμαίρω & μερμάζω *idem, quod fit per reduplicationem primarum literarum*; *à* μάω.

Φάσγανον, α, τὸ, *pro* σφάγανον, *per Hypertitheſin literarum*; *à* σφά- 190
ξω, interficio; *quod à* φάω, *idem. Dicitur autem ſecundum quoſdam quaſi* σφαγαῖς γανύμενον, cædibus gaudens.

Ὀξὺς, εῖα, ὺ, acutus; *hinc* ὄξος, εος, τὸ, vinum quòd acuit.

Ἀνίσημι, *f.* ἀνασήσω· ἀνασήσειε, 3. *ſing. aor.* 1. *opt. act. Æol. pro* 191
ἀνασήσαιεν, excito, diſturbo, dimoveo, *ex* ἀνὰ & ἵσημι.

Ἐναρίζω, *f.* ξω, interficio, ſpolio: *ab* ἐναίρω *idem, ab* Ἄρης, εος, ὁ, Mars; *quod ab* αἴρω, tollo, *quia populum tollit è medio*; *hinc* ἔναρα, ſpolia.

Παύω, σω, finio, ceſſare facio; *ſed* παύομαι, ceſſo. 192

Ἐρητύω, *f.* σω, cohibeo, reprimo, ſedo, detineo. *Iliad.* β. 75. ἐρητύειν ἐπίεσσιν· *Aliquando* prohibeo.

Ἕως, dum; *item* εἵως, interim, tamdiu, *pro* ὡς *poëtic. De cujus* 193
variis uſibus conſule Lexicon.

Ὁρμαίνω, in animo cogito, revolvo, incito, impetu feror; *ab* ὁρμὴ, *quod mutando ſpiritum, à præt. paſſ.* ὥρμαι, *verbi* ἴρω, concito, excito.

Ἕλκω, *f.* ξω, ἕλκελο, 3. *ſing. imperf. ind. med. Poët. pro* εἵλκελο, traho; *ab Heb.* הלך *hillech*, ire facio, duco.

Κολεὸς, ὰ, *Ion.* οιο, ὁ, vagina; *à* κοῖλος, η, ον, cavus; *ab Hebr.* 194
חל perforare.

Ξίφος, εος, τὸ, enſis, gladius.

Ἀθήνη, *aliquando* ἀθηναίη, *ut* 199, *ita dicitur Minerva, quasi* ἀθήλη, *à* θηλάζειν, ubera fugere, *quòd ex Jovis capite profiliens. integræ puella ætatis, non ut lactaretur necesse esset. Vel ab* ἀθρεῖν, videre, *quòd Minerva prudentia intelligatur.*

195 Οὐρανόθεν, è cælo; *ab* οὐρανὸς, ὁ, *quod ab* ἔρω, *Ionicè pro* ὅρω, ος, ὁ, terminus, limes, *quia cælum terminat aspectum nostrum.*

Ἴημι, mitto, *f.* 1. ἥσω, *præt.* εἶκα, *aor.* 1. ἧκα· προῆκε *per Tmesin.*

196 Ἄμφω, ambo; *ab* ἀμφὶς, utrinque.

197 Στῆ, *pro* ἔστη, *poët. ablato augmento,* 3. *sing. aor.* 1. *verbi* ἵστημι.

Ὄπιθεν, *Ionicè pro* ὄπισθεν, post, retro; *ab* ὀπίσω.

Ἕλε, *hic,* prehendit, ε. 37. interfecit; *ab* ἕλον, *pro* εἷλον, *aoriſt. 2. verbi* αἱρέω. *Vide ante* 138.

Ξανθὸς, ἡ, ὸν, flavus, floridus; *ab* ἄνθος, εος, τὸ, flos. *præpoſito* ξ. ξανθῆς κόμης ἕλε Πελείωνα, *Verba prehendendi adſciſcunt genit. cum totius partem aliquam prehendi indicant. Sic* κρατήσας αὐτὸν τῆς χειρός.

198 Φαίνω, apparere facio; -ομαι, appareo; *derivatur à* φάω, luceo; *unde* φαείνω, *contr.* φαίνω, *ut* αἴρω *ex* ἀείρω, *ut ante.*

199 Ὁρᾶτο, 3. *ſing. imperf. ind. Poët. pro* ὡρᾶτο, *à verbo* ὁράω.

Θαμβέω, *f.* ήσω, timeo, tremo, *nempe,* admiratione attonitus, admiror; *à* θάμβος, εος, τὸ, pavor, admiratio; *quod à* θήπω, ſtupefacio; *vel ex* θάπος, ſtupor, *interpoſito* μ, *& mutato* π *in* β. *Vel ſecundum Euſtath. ex* θέα *&* ἐμβιβάζεσθαι, *ut ſit* ἡ διὰ θέας ἐμβιβαζομένη ἔκπληξις εἰς τὴν ψυχὴν, ſtupor à ſpectro in animam inductus.

Μεταστρέφω, retro ſe convertit, 3. *ſing. aor. 2. verbi* μεταστρέπω.

Γιγνώσκω, *vel* γινώσκω, noſco, cenſeo, ſtatuo, agnoſco, *fit, ut Euſtathius affirmat, ex* νοῶ cogito, νόσκω, *quod per Synæreſin* νώσκω, *addito* γ. *Æolicè* γνώσκω, *per reduplicationem* γινώσκω, *fut.* 1. γνώσομαι, *præt.* ἔγνωκα, *ind.* 2. ἔγνων, ως, ω, *&c.*

200 Πάλλας, άδος, ἡ, Pallas; *à* πάλλω, vibro, quatio, *quia dicitur haſtam vibrare.*

Φάανθεν *pro* Φάνθεν, *addito* α *poët. pro* ἐφάνθησαν, 3. *pl. aor.* 1. *paſſ. Bœot. ut dicitur à* φαίνω.

201 Φωνέω, *f.* ήσω, voco, dico, vocem emitto, *à* φωνὴ, ῆς, ἡ, vox, *quod dicitur quaſi* φῶς τοῦ νοῦ, lux mentis; *aut ſimpliciter ex* φάω, dico.

Πτερόεις, εσσα, εν, alatus. *Aliquando* ſagittis *tribuitur, ſeu quòd pennatæ ſunt, ſeu quòd celeriter ferantur modo avium; aliquando etiam* verbis, *ut hic, quòd emiſſa ex ore revocari nequeant; à* πτερὸν, ὄ, τὸ, ala; *per Syncop. pro* πέτερὸν, *quod à* πέτομαι, *&* πετάομαι· *&Syncop.* πτάομαι, volo; *à* πτερὸν, *fit* πτερύσσομαι, *propriè* alarum plauſu latera ferire, *ut gallinacei ante cantum. Metaph.* lætor, gaudeo.

202 Τίπτε, cur, *& Syncop.* τίπτ', cur: *à* πότε, quando; *item* quoniam.

Αὖθι *pro* αὐτόθι, αὖτ' rurſus, *pro* αὖτε.

Αἰγίοχος, ὁ, *Ion.* οιο, ο, qui habet ſcutum confectum ex pelle caprinâ; *ab* αἰγὶς, ίδος, ἡ, pellis caprina; *ab* αἴξ, γὸς, ἡ, capra, *&* ἔχω, habeo, teneo.

Τέκος, εος, τὸ, partus, filius, *vel* filia, fœtus, *tam* parvulus, *quàm* adultus, *tam* brutorum, *quàm* hominum, *ab aoriſt. 2.* ἔτεκον, *verbi* τίκτω, pario; *ab inuſitato* τέκω.

Εἰλήλεθα,

Εἰλήλυθα, *pro* εἰλήλυθα, *interpoſito* ο, *quod eſt pro* ἐλήλυθα, *interpoſito* ι, *ab* ἔρχομαι, ἐλεύσομαι, *aor.* 2. ἦλυθον, *per Syncop.* ἦλθον, *præt. med.* ἐλεύθω, ἤλυθα, *Attic. reduplicatis primis præſentis* ἐλήλυθα.

Ὕβρις, εως, ἡ, injuria, contumelia, injuria petulanter illata. 203

Εἴδω, video, *ind.* 2. εἶδον, *Poët.* ἴδον, ἴδῃ, 2. *ſing. aor.* 2. *act. ſubj.*

Ἐκ τοι ἐρέω. *per Tmeſin pro* ἐξερέω. 204

Ὀΐω, *per Diæreſin, pro* οἴω, puto.

Ἧις, *dat. pl. f. pronom.* ὅς, ſuus, *Ion. pro* αἷς. 205

Ὑπεροπλία, ἡ εἰα, ας, ἡ, ſuperbia; ὑπεροπλίῃσι *dat. plur. Ion. ab* ὑπέροπλος, ο, ὁ ϰ᾽ ἡ, qui in armis ſe omnia poſſe putat, *ideoque* ſuperbus; *ab* ὑπὲρ & ὅπλον, ο, τὸ, arma; *hinc* ὁπλίζω, armo, paro.

Τάχ᾽ *pro* τάχα, brevi, citò, confeſtim, *ut Iliad* β. 193. τάχα δ᾽ ἴψεται υἷας Ἀχαιῶν, mox autem puniet Græcos. *Aliquando* velociter, *ut Il.* σ. 524. οἱ δὲ τάχα προγένοντο, illi verò velociter procedebant. *Aliquando* fortè, *ut hîc*, τάχ᾽ ἄν τοτε, fortè aliquando. *Factum autem eſt ex* τάχεα, *per Syncop. neutr. pl.* τᾰ ταχὺς, celer, velox. *Aliquando* frequens, *ut Il.* φ. 491. ταχέες δ᾽ ἔκπιπτον ὀϊστοὶ, frequentes deciderunt ſagittæ; *pro* ταχύτερος *comparat. eſt* θάσσων *apud Homer. ut Il.* ο. 569. ὅτε ποσὶν θάσσων, neque velociter pedibus; & *hinc* θᾶσσον *adverbium, pro quo* θᾶττον, *Hymn. in Merc.* 255. *pro* ταχύτατος *dicitur* τάχιϛος *in Superl. ut Iliad.* γ. 102. ἄλλοι δὲ διακριθεῖτε τάχιϛα, at cæteri dirimamini citiſſimè; *derivatur à* τάζω, extendo, *vel ex* τάω & χύω, fundo: *curſor in viâ extenditur, & quaſi effunditur, inquit Harmar, hinc* ταχέως, *ut Iliad.* ψ. 365. & ταχὸς, velocitas; *Il.* ψ. 406. & ταχύτης, *Iliad.* ψ. 740.

Γλαυκῶψ, ωπὸς, ὁ ϰ᾽ ἡ, qui cæſios habet oculos, *à* γλαυκὸς, ἡ, ὸν, cæruleus, color cæſius, & ὤψ, ὠπὸς, ὁ, vultus, oculus. Γλαυκώπης, *idem*; γλαυκῶπις, ιδος, *fœm. epithet. Minervæ.* 206

Πίθηαι, *Ionicâ reſolutione pro* πίθῃ, *vel potiùs paragogicè, aor.* 2. *med. ſubjunct. à* πείθω. 207

Προὸ ἧκε, *per Tmeſin pro* προοῆκε, *vide verſ.* 195. 208

Φιλέω, *f.* ήσω, amo, diligo, amicè tracto; *aliquando* oſculor. *Il.* γ. 207. ἐν μεγάροισι φίλησα, in meis ædibus amicè tractavi. *Odyſſ.* 2. 195. ἐνδυκέως φιλέων. 209

Λήγω, *f.* ξω, ceſſo, *aliquando* ceſſare facio, remittere, *ut Iliad.* ν. 423. ὃ λῆγε μένος, μέγα, non remittebat iram magnam. 210

Ὀνειδίζω, *f.* σω, convitior: *ab* ὄνειδος, εος, τὸ, opprobrium. *Dicitur, inquit Euſtath. quaſi* ὄνοσις, reprehenſio: *ab* ὀνόω, reprehendo, vitupero. 211

Ἐϛὶ, licet, ἦν, licebat, ἔσεται, licebit, accidet.

Ὧδε, *Adverb.* ſic, hoc modo, *hîc pro* τῷδε· *ab* ὅδε, ἥδε, τόδε, hic, hæc, hoc. 212

Παρέσσεται, aderit, 3. *ſing. fut. verbi* πάρειμι.

Δῶρον, ο, τὸ, donum; *à* δίδωμι, *f.* ώσω, do, *ut* donum *à* do *apud Latinos.* 213

Ἴσχω, & -ομαι, habeo, retineo, coërceo, prohibeo, impetum reprimo, *ut hîc*: *ab* ἔχω, ἴσχεο, *Ionicè pro* ἴσχε *imperat. ab* ἴσχομαι. 214

Χρὴ,

216 Χρὴ, *imperf.* opus est, oportet : *imperf.* ἔχρην & χρῆν, *infin.* χρῆναι, *pro quo etiam aliquando* χρῆν. *Quidam volunt* χρὴ, *per Apocopen dictum pro* χρήζει, *à* χρεία, ας, ἡ, indigentia, necessitas.

Σφωΐτερος, έρα, ερον, suus, *aliquando* tuus, *aliquando* vester ; *à* σφώε.

Εἰρύσασθαι, *metri causâ pro* ἐρύσασθαι, *aor. infin. interposito* ι, & *sic significat aliquando* servare aliquid in animo reconditum : *aliquando sequente* ἔπος, *ut hîc*, consilium *vel* mandatum sequi, observare : ἐρύω, *Ante.*

217 Ἄμεινον, *scil.* ἐστὶ, melius est ; *ab* ἀμείνων, *Comparat. ab* ἀγαθὸς, bonus.

219 Κώπη, ης, ἡ, remus, *item* manubrium : *à* κόπτω, scindo, ferio, percutio ; *quia quasi aquam scindit.*

Καὶ μάλα περ, *per Tmesin pro* καίπερ, etsi.

Σχέθω, habeo, teneo, reprimo ; *tempora sumit à* σφέω *idem : ab* ἔχω, & *idem* ἴσχω, σχέθε, 3. *sing. imperf. pro* ἔσχεθε, *Poët.*

220 Κυλεὸς, ὁ, ὁ, vagina, *pro* κολεὸς *per Parenthesin τῦ* υ.

Ὠθέω, trudo, pello, *fut.* ὠθήσω & ὤσω, *aorist.* 1. ὦσα *vel* ἔωσα, *præt.* ἔωσμαι, *Attic. pro quibus etiam reperiuntur* ὦσα & ὦσμαι, *sine augmento Attico* ; *ab* ὤθω.

Ἀπιθέω, *f.* ήσω, non obedio ; *ex* α *privat.* & πείθω, persuadeo ; πείθομαι, persuadeor, seu pareo ; *pro* ἀπειθέω, *metri causâ abjicit* ε, & *corrupit antepenultimam.*

221 Βαίνω, *f.* βήσομαι, *præt.* βέβηκα· βεβήκειν, 3. *sing. perf. ind.*

222 Δαίμων, ονος, ὁ ϗ ἡ. Deus, numen, fortuna, *quasi* δαήμων, sciens & peritus artifex : *à* δαίω, scio. *Nam dæmonibus antiquitas humanarum artium inventionem tribuit, inquit Constant.*

223 Ἀτάρτηρος, ὐ, ὁ ϗ ἡ, *vel* ἀταρπηρὸς, ὰ, ὸν, obnoxius, contumax, contumelios us, *pleonasmo syllabæ* ταρ, *pro* ἀτηρὸς *idem : est etiam* insuperabilis, intractabilis ; *ab* ἄτη, ης, ἡ, damnum ; *hinc* ἀτάω, *fut.* ήσω, lædo, noceo ; *est etiam* ἄτη dea, *quæ damna & infortunia hominibus mittit.*

225 Οἰνοβαρὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, vino gravis, ebrius : *ab* οἶνος, ὐ, ὁ, vinum, & βαρὺς, εῖα, ὺ, gravis ; οἶνος *autem ab* ὀνέω, juvo, *ad quod Etymon, inquit Scapula, Athenæus scribit Homerum allusisse, Il.* ζ. 261. ὀνήσεαι, αἴ κε πίηδα.

Ὄμμα, τος, τὸ, oculus, *item* aspectus, facies : *ab* ὁράω, video, *vel ab* ὄπτομαι *idem, cujus præt. pass.* ὤμμαι.

Καρδία, ας, ἡ, *Ion.* καρδίη, cor, *per Metathesin pro* καρδία· *à* κέαρ, τὸ, *idem ; vel, ut quidam putant,* καρδία *à* καρδαίνω, tremore commoveo ; *quòd perpetuo cor palpitet.*

Ἔλαφος, ὐ, *Ion.* οιο, ὁ, cervus, *deducitur ab* ἕλειν τὰς ὄφεις, *à capiendo serpentes, vel, secundum Martinium, ab* אלף *eleph.* bos : *est enim bos ferus.*

226 Θωρήσσω, *fut.* ξω, armo, induo thoracem, θωρηχθῆναι, *aorist.* 1. *pass. inf. à* θώραξ, κος, ὁ, dorica, thorax, vestis quâ tegitur pectus, à corde θορεῖν, *id est*, saliente ; *vel à* θεῖος, divinus, & ὠρεῖν, custodire, *quòd mentem divinam nostri partem contineat & servet.*

Λόχος,

Λόχος, ου, ὁ, agmen, cohors, insidiæ: *à* λέγω, cubare facio: *hinc* λοχάω, insidior. 227

Ἄριστεὺς, έος, ὁ, princeps, omnium fortissimus, qui primarius est inter alios: *ab* ἄριστος, *Ante: hinc* ἀριστεύω, & ἀριστεία, ἀριστήεσσιν, *Ion. pro* ἀριστεῦσι.

Τέτληκα, 2. *sing. perf. ind. per Syncopen pro* τετάληκα, *à* ταλάω, *Syncope* τλάω, suffero, tolero; *item* sustineo, *id est* audeo: *hinc* τελαμών, ῶνος, balteus quo cingitur ensis; & τάλας, αινα, αν, miser, *quia multa perfert*; & Ἄτλας, αντος, ὁ, *qui cœlum humeris sustinet, per Metath.* 228

Κῆρ *pro* κέαρ, ατος, τὸ, cor; *sed* ἡ κὴρ, ρος, fatum, *plerumque in malam partem*, mors, fatalis calamitas: *à* κύρω, consequor.

Εἴδεται, videtur, 3. *sing. præs. ind. ab* εἴδομαι.

Λωΐων, ονος, ὁ ϗ ἡ, melior, *Comparat. ab* ἀγαθὸς, *Superl.* λώϊστος, *contract.* λῷστος: *fit à* θέλω, & *Dor.* λῶ, *vel* λάω, *quasi id quod magis volumus.* 229

Εὐρὺς, εῖα, ὺ, latus, amplus.

Ἀποαιρεῖσθαι, *Poët. pro* ἀφαιρεῖσθαι, *præs. inf. verbi* ἀφαιρέομαι. 230

Ἀντίον, ex adverso, contra; ἀντίον αὐδᾶν, respondere; ἀντίον ἐπεῖν, contradicere: *ab* ἀντίος, adversus, ex adverso stans, *quod ab* ἀντὶ *Præp.*

Δημοβόρος, ου, ὁ ϗ ἡ, populum devorans, qui bona populi devorat & profligat: *à* δῆμος, populus, *quasi* δεσμὸς, ου, ὁ, *à* δεῖν, *videlicet à* ligando, *quia est cœtus hominum collectus*, & βορὰ, ᾶς, ἡ, pabulum, esca, cibus *propriè* brutorum, *à* βόω, *vel* βόσκω, pasco. 231

Βασιλεὺς, *Attic. pro* βασιλεύ.

Οὐτιδανὸς, ὸν, ὁ, homo nullius pretii: *ab* οὔτις, ινος, ὁ ϗ ἡ, nullus, *addit.* δα.

Ὕστατα, postremum; *ab* ὕστατος, άτη, ατον, *quod ab* ὕστερος, posterior: ὕστατος, *tanquam ab* ὑστερώτατος. 232

Λωβάομαι, ῶμαι, injuriam infero, contumeliâ afficio: *à* λώβη, ης, ἡ, contumelia, injuria, *quod dicitur secundum Eustath. quasi* λαύβη, *à nomine* λαὸς, & *verbo* βαίνω, *ut sit* ἡ εἰς τὸ φανερὸν ὕβρις, injuria vel contumelia palam illata; λωβήσαιο, 2. *sing. aor.* 1. *opt.*

Ἐπὶ ὀμεῖται *per Tmesin* ἐπομεῖται, 1. *sing. fut.* 2. *ind. med. verbi* ἐπόμνυμι.

Ὅρκος, ου, ὁ, jusjurandum: *ab* εἴργω, includo, ὅτι ὁ ὀμνύων καθείρυλαι πῶς οἷς ὁμολογεῖ. 233

Ναὶ, certè, etiam, *Adv. affirmantis: item usurpatur jurejurando.* 234

Φύλλον, ου, τὸ, folium: *à* φύω, produco, nascor, *vel secundum Eustath. à* φυσᾶν, sufflo, & λαλαγεῖν, resono; διὰ τὸ ἐν τῷ φυσᾶσθαι λαλαγεῖν.

Ὄζος, ου, ὁ, nodus arboris, & *etiam* ramus inde exoriens; *Metath.* homo bellicosus: *dicitur* ὄζος Ἄρηος, *quasi* ramus à Martis stirpe prognatus, *Iliad.* β. 663. *de Licymnio*, & γ. 147. *de Hicetaone*, & *alibi.*

Φύω, *f.* σω, *præt.* πέφυκα, gigno, pario, edo. 235

Τομὴ, ῆς, ἡ, sectio, stirpis amputatio: *à* τέμνω, scindo, *cujus præt. med.* τέτομα.

Ορος,

Ὄρος, εος, τὸ, mons, *dat. plur.* ὄρεσι, *poët.* ὄρεσσι.

Λείπω, relinquo, *fut.* λείψω, *aor.* 2. ἔλιπον, *præt med.* λέλοιπα.

Θάλλω, & θαλέω, *fut.* ήσω, germino, pubesco; θηλέω, *Ionic. ab Hebr.* טל *tal.* ros, *qui pullulationis causâ, ad quod etymon alludit Homer. Odyss. ν. 245. de Ithacâ in Minervæ oratione Ulyssi*; αἰεὶ δ' ὄμβρος ἔχει τεθακυῖά τε ἕρση, semper habet pluvia illam, virescensque ros, *id est, qui facit* virescere.

Χαλκὸς, ου, ὁ, æs, ferrum, *per Metonymiam* quicquid ex ære conflatur: gladium *aliquando* & alia arma *significat. Inde tradunt dictum esse quasi* χέων ἀλκὴν, παρὰ τὸ χέειν τὴν δύναμιν τῶν ἐναιρεμένων.

236 Λέπω, decortico, *fut.* λέψω· περιέλεψε, 3. *sing. aor.* 1. *ind. act.*

Φλοιὸς, οῦ, ὁ, cortex: *à* φλέω, fœcundus sum.

Αὖτε, *hîc pro* δέ.

238 Παλάμη, ης, ἡ, palma, manus: παλάμης, *dat. plur. pro* παλάμαις, *à* πάλλω, vibro.

Φέρω· *hinc* φορέω, *propriè* fero vestem aliquam, *sed general.* gesto, gero quocunque modo.

Δικασπόλος, ου, ὁ, judex, qui versatur circa jus: *interdum idem quod rex: à* δίκη, ης, ἡ, jus, causa, accusatio, mulcta, & πολέω, versor.

239 Θέμις, ἡ, lex, fas *(hinc* θεμιστὸς *vel* θεμιτὸς, licitus, sanctus) *habet genitivum* θέμιτος & θέμιδος· *à* τίθημι, pono. *Sunt enim* θέμιστες, νόμοι τεθέντες, positæ & constitutæ leges.

Εἰρύαται, *Ion. pro* εἴρυνται, 3. *plur. perf. ind. pass. mutato* υ *in* α, custodiunt, *ab* εἰρύω.

240 Πόθος, ου, ὁ, desiderium, amor, affectus, cupido: *hinc* ποθέω, desidero: ἡ ποθὴ, ῆς, ἡ, *idem*; *à* πέποιθα, *præt. med. verbi* πείθω· *persuadet enim desiderium homini, ut id desideret quod desiderat, inquit Etymol.*

Ἴξομαι, *fut.* 1. *med. verbi* ἱκνέομαι, *mutuatitium ab* ἵκομαι.

241 Δύναμαι, δυνήσομαι, possum; δυνήσεαι, 2. *sing. f.* 1. *med. pro* δυνήσῃ, *à* δεινὸς, validus, peritus.

242 Εὖτε, quando, dum, sicut, ita; *pro* εὖτε *dicunt poëtæ* ἠὔτε.

Ἀνδροφόνος, ου, ὁ ϗ ἡ, homicida, viros interficiens; πολεμικὸς, *ab* ἀνὴρ & φένω, occido.

243 Πίπλω, cado, interficior, prosternor: *aliquando* profligor. *Vide Iliad.* β. 175. *fut.* πεσοῦμαι, *præt.* πέπλωκα, *aor.* 2. ἔπεσον· *à* πέτω, cado, *inusitat.*

Ἔνδοθι, *pro* ἔνδυθεν, *Poët.* intus; *ab* ἔνδον, intus.

244 Ἀμύσσω, *f.* ξω, rado unguibus, lanio, vellico, animum exulcero. *Metaph. ab* αἷμα, *inquit Etym. hinc* ἀμυχὴ, ῆς. ἡ, laceratio.

245 Γαῖα *vel* γαῖη, ης, ἡ, terra, & *per Aphæresin literæ* γ, *fit* αῖα, *in prosâ* γῆ, *idem*; γαῖα *dicitur quasi* μαῖα *vel* βαῖα, *quia terra semen excipit, exceptumque gremio corrumpit*; *à* γῆ, *fit* γῆρας, αος, τὸ, senectus, *quia senex ad terram despicit.*

246 Ἧλος, ου, ὁ, clovus: *hinc* καθηλόω, *f.* ώσω, clavo, defigo, *vel* configo. *Est etiam* ἧλος, morbus quidam rotundus, callosus, capiti clavorum perfimilis; *ab* ἴω mitto, *quòd immittatur iis quæ compinguntur.*

Πείρω,

Πείρω, transfigo, *fut.* 1. περῶ, *perf.* πέπαρκα, *ind.* 1. ἔπειρα, *ind.* 2. ἔπαρον, *perf. paſſ.* πέπαρμαι, *ind.* 1. ἐπάρθην· *hinc* πόρος, ου, ὁ, meatus, per quem aliquid influit.

Ἑτέρωθεν, ab alia parte: *ab* ἕτερος, ρα, ρον, alter, *quod ab* ἑ, ſe. 247

Ἡδυεπὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, dulcè loquens: *ab* ἡδὺς, εῖα, ὺ, dulcis, & ἔπω, 248
dico.

Ἀνορέω, *f.* σω, ſurgo, exſurgo, impetu fero: ἀνόρουσε, 3. *ſing. aor.* 1. *ind. act. ab* ἀνὰ, & ὀρόω, *quod ab* ὄρω, elevo, attollo, concito.

Λιγὺς, εῖα, ὺ, ſtridulus, *aliquando in bonam partem, & ſignificat* jucundus, ſonorus, facundus: *à* λίγω, ſtrideo, reſono, *quod per Onomatopœiam à ſono fictum*; *idem* λιγαίνω· λιγυρὸς, ὰ, ὸν, *idem cum* λιγύς.

Ἀγορητὴς, οῦ, ὁ, concionator, orator; ἀγορητὺς, ύος, ἡ, concionandi 249
ars: *ab* ἀγοράομαι.

Γλῶσσα, ης, ἡ, lingua, *item* ſermonis forma, & lingula tibiæ, *ob ſimilitudinem* γλῶτα, *Att.*

Τὸ μέλι, ιτος, mel; *hinc* μέλιττα, ης, ἡ, apis. *Euſtath. deducit* παρὰ τὸ μέλω.

Γλυκὺς, εῖα, ὺ, γλυκίων, ιος, & ύτερος, ύταος, & γλύσσων, *pro* γλυκύτερος, dulcis, *transfertur ad multa, pro ſuavi ſeu jucundo: hinc* γλεῦκος, ους, τὸ, mulſum, vinum quoddam ſuave.

Ῥέω, *tempora ſumit à* ῥεύω, fluo, *propriè de rebus liquidis*: *item* dico, loquor, *pro quo uſitatius eſt* ῥημὶ, *aor.* 1. ἐῤῥήθην, ῥέεν, 3. *ſing. imperf. ind. poët. pro* ἔῤῥεε, ν *additâ propter ſeq. vocalem.*

Γενεὰ, ᾶς, ἡ, genus, generatio, progenies, *aliquando* ſpatium ſep- 250
tem annorum; *aliquando* triginta, *aliquando* centum: *à* γίνομαι.

Μέροψ, οπος, *epitheton propriè hominis: à* μερίζω, divido, & ὄψ, vox: *ab* ἔπω, dico, *hinc homines dicuntur* μέροπες, *quòd articulatâ linguâ loquantur, quod ſoli homini datum eſt inter animantia: vel quòd hic aliâ, ille aliâ linguâ & dialecto loquatur*; *vel à diviſione vocis, quæ poſt Chaldæam turrim facta proditur. Sunt etiam qui* θνητὸν *ſignificare dicant.*

Ἄνθρωπος, ου, ὁ ϗ ἡ, homo: *ab* ἄνω, ſupra, *quòd cum articulo ſupplet vicem nominis: hinc* πρὸς τὸν ἄνω, ad ſuperos, & ἀθρέω, aſpicio, & ὤψ, vultus, *juxta Ovid.*

Os homini ſublime dedit, cœlumque tueri, &c.

Plato putat ἄνθρωπος *dici quaſi* ἀναθρῶν ἃ ὤπωπε, contemplans quæ videt. *Alii, quaſi* ἄνω ῥέπων, ſurſum vergens.

Φθίνω, & φθίω, corrumpo, contabeſco, conſumor, pereo; *à* φθέω, 251
idem; ἐφθίαο, *Ion. pro* ἔφθιο, 3. *pluralis pluſquamperfecti paſſivi: facta ex* 3. *ſingulari, inſerto* α *ante* τό.

Πρόσθεν, antea, & *Poët.* πρόσθε *à* πρὸ, ante.

Τράφεν, *pro* ἐτράφησαν, *Ionicâ augmenti detractione, & Bœoticâ Syncop. aor.* 2. *paſſ. verbi* τρέφω, *fut.* θρέψω (*ad differentiam futuri* τρέψω, *à* τρέπω, *mutatur ad eundem modum tenuis in aſpirat. etiam in aliis temporibus, quæ ſine* φ *efferuntur*) *ind.* 2. ἔτραφον, *&c.* alo, neutrio, educo.

Ἠγάθεος, έη, valde divinus, *ab* ἄγαν, valde, *mutato* α *in* η, *quod ali-* 252
quando in compoſitione ν *amittit*, & θεῖος, divinus.

Τρίτατος,

Τρίταλος, άτη, αλον, *idem quod* τρίτος.

254 Πόποι, proh dii: *in Dryopum linguâ, qui in Græciâ fuerunt, Dii dicebantur,* πόποι, *quasi* πάνλα ὀπλεύονλες· *vox est admirantis, vel indignantis.*

Πένθος, εος, τὸ, luctus, dolor, *propriè qui ex morte amicorum concipitur: à* πάθος, εος, τὸ, passio, clades, interritus; *à* πάσχω, *ut* βένθος *à* βάθος.

Ἰκάνω, venio; *item* advenio, invado, *idem* ἵκω *&* ἱκνέομαι, *sed tempora ab* ὅκομαι.

255 Γηθέω, *f.* ήσω, lætor: γηθήσαι, 3. *sing. aor.* 1. *opt. hinc* γῆθος, εος, τὸ, lætitia; *idem* γηθεύω, *&* γήθω, *ut Iliad.* ξ. 139. γήθει ἐνὶ φρήθεσσι, *&* γήθομαι *quod à* γάδομαι *idem, vel à* γαίω, glorior, *ut* κνήθω *à* κνάω.

256 Κεχαρόιλο, *reduplicatio pro* χαρόιλο, *Ionicè pro* χάροινλο, 3. *singul. aor.* 2. *med. opt. à verbo* χαίρω.

257 Πυνθάνομαι, *tempora à* πεύθομαι, audio, intelligo, interrogo, cognosco; πυθοίλο, 3. *sing. aor.* 2. *optat. pro* πυθοινλο.

Μάρναμαι, illo odio contendo, quod nunquam ad fœdus perducatur, pugno telis infestis, seu verbis; *fit ab inusitato* μαρνάω, *idem, quod à* μὴ, non, *&* ἄρνειν, fœdus facere occisione agni: *ab* ἀρὴν, agnus, μαρναμένοιϊν, *Ionicè pro* οιν.

258 Περίειμι, adhuc vivo, exsto, persto, supero: *à* περὶ *quæ hîc in compositione significat* præ, *&* εἰμὶ, sum.

259 Νεώτερος, α, ον, junior: *à* νέος, α, ον, novus, juvenis: *à* νέος *fit* νεανίας, ου, ὁ, νεανίσκος, ου, ὁ, *sed* νεὼς *Ionicè pro* ναὸς, οῦ, ὁ, templum.

260 Ἀρείων, ονος, ὁ ἡ, præstantior, *propriè* armis præstantior: *ab* Ἄρης, Mars, prælium.

Ἤ, quam, *Poet.* ἠὲ, *inde* ἠέπερ *idem.*

Οὐδ' Ὅμηρος ἐλλιπὴς ἀρετῶν, ἢ παρισώσεων, ἢ σχημάτων τραχύτητος, ἢ καθαρότητος, ἀλλ' ἔοικε φύσει ὑπάρχων ταῖς δυνάμεσι τὰς ἀρετὰς ἐπιπεπλέχθαι.

Lucretius

Lucretius *L.* iii.

Adde Heliconiadum comites, quorum unus Homerus
Sceptra potitus ——

& alibi

—— *ſemper florentis* Homeri.

Lycurgus *Orat. adverſus Leocratem.*

Βέλομαι δ' ὑμῖν κ᾽ τὸν Ὅμηρον παρασχέσθαι ἐπαινῶν· ὅτω γὰρ ὑπέλαβεν ὑμῶν οἱ παλέρες σπεδαῖον εἶναι ποιηλὴν, ὥσε νόμον ἔθεσο, καθ' ἑκάσην πενλαεηρίδα τῶν Παναθηναίων, μόνε τῶν ἄλλων ποιηλῶν ῥαψῳδεῖσθαι τὰ ἔπη.

Lydiatus *Diſquiſ. Phyſiol. de Orig. fontium, &c.*

Ethnici Philoſophi in unius Homeri *poëſi omnium artium principia quærunt.*

Macrobius *in Somn. Scip. l.* ii. *c.* 10.

Homerus *divinarum omnium inventionum fons & origo.*

Id. *Saturn. l.* v. *c.* 3.

Tria hæc ex æquo impoſſibilia judicantur, vel Jovi *fulmen, vel* Herculi *clavam, vel verſum* Homero *ſubtrahere.*

Ibid. *c.* 13.

Non eſt erubeſcendum Virgilio, *ſi minorem ſe* Homero, *vel ipſe fateatur.*

Ibid. *c.* 16.

Homerus *omnem poëſin ſuam ita ſententiis farſit, ut ſingula ejus ἀποφθέγματα vicem proverbiorum in omnium ore fungantur.* Et poſt pauca: *Fortunam* Homerus *neſcire maluit, & ſoli deo, quem μοῖραν vocat, omnia regenda committit, adeò ut hoc vocabulum τύχη in nullâ parte* Homerici *voluminis nominetur.*

Magius Hier. *Miſcellan. l.* iii. *c.* 1.

Princeps poëtarum habitus ſemper eſt Homerus. Et iterum: *Illud accidit, quòd* Homerus *pro deo eſt habitus, cui & templa dicata ſunt, &c.*

Majoranus *Præfat. in Euſtath. Rom. Edit. præfixâ, ad Jul.* III. *P. M.*

Itaque nemini mirum videri debet, nullum eſſe magni nominis, vel Græcum, vel Latinum ſcriptorem, qui vel maximum philoſophum, clariſſimum poëtam, eloquentiæ parentem, inventionum originem, naturæ conſcium, ingeniorum fontem, vitæ magiſtrum, θεσπέσιον atque ἱεροφάνην, & ſine exemplo maximum, Homerum *eſſe non prædicavit.*

Majoragius *Præfat. in Homeri Iliad.*

Nam & Apollinis *oraculum* Homeri *carminibus ſæpè traditum legimus: & philoſophorum principes,* Plato *atque* Ariſtoteles, Homeri *teſtimonio*

monio frequentiſſimè utuntur, & ab Homero, *tanquam omnis ſapientiæ fonte, omnes philoſophantium ſectæ promanarunt. Rhetores* Homerum *ita ſuſpiciunt, ut eum omnibus eloquentiæ partibus exemplum & ortum dediſſe fateantur. Grammatici, &c.*

Id. *ibid.*

Qui non poëticâ modò, ſed oratoriâ virtute eſt eminentiſſimus; neque ullum exſtat opus humanum, quod Homericæ *poëſi præferendum eſſe videatur.* Et poſt aliquammulta: *Quantæ enim temeritatis & impudentiæ fuit* (Zolium τὸν Ὁμηρομάστιγα hiſce verbis perſtringit) *eum damnare poëtam, quem omnes certatim ſapientes ſummis in cœlum laudibus ferunt, quem omnes ſuſpiciunt, admirantur, ſemper in manibus habendum cenſent, &c.* [Vid. integram illam præfationem τοῖς φιλομήροις lectu digniſſimam.]

Manilius *Aſtronom. l.* ii.

—— *Cujus ex ore profuſos*
Omnis poſteritas latices in carmina duxit,
Amnemque in tenues auſa eſt deducere rivos
Unius fœcunda bonis ——

Martialis *Epigram. l.* v. *Ep.* 10.

Ennius *eſt lectus ſalvo tibi, Roma,* Marone,
Et ſua riſerunt ſæcula Mæonidem.

[Nempe optima quæque ingenia, dum in vivis ſunt, præſens ætas aut contemnit, aut faſtidit, aut livore proſequitur.

Hi ſunt invidiæ nimirum, Regule, *mores,*
Præferat antiquos ſemper ut illa novis,

utì ibidem queritur idem vates *Bilbilitanus. Et* Horat. Virtutem incolumem odimus, &c. *Et* (ni fallor) *Tacitus,* Vetera in laude, præſentia in faſtidio ſunt.]

Martianus Capell. *De Nupt. Philolog. l.* i.

Poëtæque præcipuè Euagrium [vel potiùs, emendante Grotio, *Oeàgrium, Orpheum,* ſc. *Oeagri* filium] *cithariſtam ſecuti, cæcutientiſque* Mæonii *ſuaviloquam ſenectutem, &c.*

Martinius M. *in Lex. Philolog. voce Homerus.*

Homerus *poëta inter Græcos celeberrimus, de cujus patriâ diverſæ urbes certant,*

Smyrna, Rhodus, Colophon, Salamis, Chios, Argos, Athenæ.

Max. Tyrius *Diſſert.* xvi.

Ἔγωγε εἰς τὰς Ὁμήρου φωνὰς ἐμπεσὼν οὐκ ἔχων ὅπως ἐμαυτοῦ τὸν ἄνδρα ἐπαινέσαι, ἀλλὰ καὶ λαθεῖν δεήσομαι αὐτὸν ἐπιδῦναι μοὶ τῶν ἐπῶν, ἵνα μὴ διαφθείρω τὸν ἔπαινον ψιλῷ λόγῳ, ἔξοχα δή τε βροτῶν, ὦ Ὅμηρε, αἰνίζομ' ἀπάντων.

ἀπάντων. Ἢ σέ γε, μῦσ', ἐδίδαξε Διὸς παῖς, ἢ σέ γέ, Ἀπόλλων. Ibid. aliquandò post: Ὁμήρῳ μὲν ἀποκηρύττεται φιλοσοφίας ὁ ἡγεμὼν τοῦ γένους. Et interjectis nonnullis: Καὶ ὐδὲν μέρος Ὁμήρῳ ἄθεον, ὐδὲ δυνάστου ἄπορον, ὐδὲ ἀρχῆς ἔρημον· ἀλλὰ πάντα μετὰ θείων ὀνομάτων, καὶ θείων λόγων, καὶ θείας τέχνης.

Melanæthon *Serm. de corrigendis Studiis.*

Homerus *Græcis fons omnium disciplinarum.*

Id. *in Encomio Eloquen.*

Jam quæ scena res humanas verius repræsentavit, quàm Homeri *carmen? ut fieri nequeat quin obiter & rerum admiratione tangamur, cùm dictionem consideramus. Offerunt sese ultro spectanda morum exempla, &c. Mihi quidem omnium, quæ hominum ingenia peperêre, nullum prudentius* Homerico *scriptum videtur.*

Minos Cl. *Commentar. ad Emblem. Alciat.*

Sic enim Homerus ingeniorum vertex *quatuor illa prima* στοιχεῖα *inter se pugnantia, & sese mutuò producentia effinxit, sub nominibus* Jovis, Junonis, Neptuni, & Plutonis.

Modius F. *Præfat. in Lect. Novantiquas suas.*

Rectè, ut hæc quoque inter se conjunxisse videatur princeps & deus poëtarum, cujus est illud, Ἀμφότερον, βασιλεύς τ' ἀγαθὸς, κραιπνός τ' αἰχμητὴς

Moschus *Idyll.* 3.

——— Ὁμήρῳ
Τῆνο τὸ Καλλιόπας γλυκερὸν στόμα ———

Muretus *L.* ii. *Orat.* 12.

Nemo unquam repertus est, qui Homerum *præcipuum esse inter poëtas negaret.*

Musurus M. *Epist. prefixâ Etymolog. magno.*

Οὐχ' ἥκιστα δὲ τῶν πάντων Ὁμήρῳ τῷ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰ σπέρματα παρασχόντι τοῖς ἐπὶ τῇ ἀκροπόλει σοφοῖς

Natalis Com. *Mythol. l.* i.

In hoc rursus hi poëtæ omnes conveniunt, quòd omnibus idem scopus & ad unum finem omnem omnium intendunt, ut homines meliores efficiant. Idcirco Homerus *ut prudentem atque omnibus virtutibus cumulatum* Ulyssem *effingens, &c.*

Neander M. *Ep. Nuncup. Luther. Catech. Græco-Lat. prefixâ.*

Homerus *poëtarum rex divinissimus, fons ingeniorum, primusque doctrinarum & antiquitatis omnis parens.*

Idem

Idem *Ep. Nuncup. Tryphiodoro ſuo præfixa.*

Homerus *ingenii cœleſtis vates. Pictor ipſe ſapientiſſimus, admirabilis architectus multiſciuſque, ſeu potiùs cunctarum rerum apprimè peritus* —— βασιλεὺς ποιητῶν θειότατος; *& de cujus ampliſſimis & ſplendiſſimis cœnis omnes ſcriptores ſaturati, ſuas quiſque particulas ad ſuos quoſdam uſus inde ſibi decerptas domum retulerunt.* Et paulò pòſt: *Veteres namque reges etiam & principes* Homeri *ſcripta omnium fecerunt maximi, ut poëmata de virtute ac juſtitiâ conſcripta, quæ ut vitæ ac morum, denique conſiliorum, & actionum omnium normam ac regulam, ſibi ſequenda in omni vitâ exſtimabant. Ea adeò etiam familiariter ipſis nota fuiſſe, ex* Plutarcho, *&c. liquet; ut verſus* Homericos *in omni vitâ, in omni ſermone, quodcunque etiam dicere vellent, ad quaſcunque res, caſus, & eventus, qui in vitâ evenire ſolent, paratos ad manus & numerato ſemper haberent.*

Nonius Marc. *In voce Sifilare.*

Hujus rei auctor eſt venerabilis Homerus, *Iliad.* xiv. 142. Ἀλλ' ὁ μὲν ὣς ἀπόλοιτο, θεὸς δὲ ὁ σιφλώσειε.

Nicetas Chron. *In Hiſtoriâ Gr. Imper.*

[Summus (ut videtur) *Homeri* admirator & imitator ſedulus, ne dicam ſuperſtitioſus. *Homericas* enim tum voces tum phraſes paſſim uſurpat (quod mirum) etiam in ſolutâ oratione. Unde hæc *Hieron. Wolphii* de eo cenſura in annotationibus.] *Aptior fuiſſet* Choniates *ſcribendo poëmati, quàm hiſtoriæ, propter* Homeri *diligentem imitationem.*

Nonnus *Dionyſ. Lib.* xiii.

—— Καὶ Ὅμηρον ἀοσσητῆρα καλέσσω,
Εὐεπίης ὅλον ὅρμον.

Origenes *Contra Celſum, l.* vii.

Ὁ τῶν ποιητῶν ἄριστος Ὅμηρος.

Id. *Philocal. c.* 19.

Ὁ ἐν ποιήσει θαυμαστὸς Ὅμηρος.

Oroſius *Hiſt. l.* i.

In quo bello per decem annos cruentiſſimè geſto, quas naves, quantoſque populos idem turbo involverit atque afflixerit, Homerus *poëta in primis clarus luculentiſſimo carmine palam fecit.*

Ovidius *Amor. l.* i. *Eleg.* 8.

Aſpice Mæoniden, *à quo, ceu fonte perenni,*
Vatum Pieriis ora rigantur aquis.

Palingenius M. *Zodiac. Vit. l.* i.

Carminibus quamvis poſſis æquare Maronem,
Mæoniique *ſenis divinos reddere cantus.*

Panætius *Apud Ciceronem Tusc. l.* i.

Plato *à* Panætio Homerus *philosophorum appellatur, id est* (interprete *Phil. Pareo,* in Lexic. Critic.) *princeps & præstantissimus.* Ita enim

Pareus Phil. *Lexic. Critico.*

Homerus *pro principe & præstantissimo, sicut &* Rossius.

Idem *Narr. Hist. de vitâ & ob D. Davidis Parei.*

Ut ἀπὸ τῆς παρείας *nomen* Pareus *denominativè formaverit* ὁ Παρεῖος, *sicut à vatum maximo* Homero καλλιπάρῃος Ἀθήνη *nominatur.* Ubi tamen μνημονικὸν ἁμάρτημα à doctissimo viro admissum. Nec enim hoc epitheton *Minervæ* unquam tribuit poëta, sed vel *Helenæ,* vel *Briseidi,* vel si fortè alii.

Pareus Dan. *Spicileg. in Quintil.*

De cujus eloquentissimâ rhetoris patriâ non secus inter scriptores disceptatur; atque olim de maximo illo vatum Homero *contendebant septem illæ famigeratissimæ urbes,* Smyrna, Rhodos, Colophon, &c.

Paschalius C. *In legato c.* 8.

Antiquissimus ille antistes sapientiæ (Homerus *sc.*) *describens* Thersitem, &c.

Patricius F. *Epist. ad Senat. Senens. præfixâ Lib. de Repub.*

Homerum *imprimis, qui poëtarum parens fuit, & omnium disciplinarum dux.*

Id. *Ejusdem Operis, l.* ii. *tit.* 6.

Homerus *namque &* Virgilius *tantam sibi laudem vendicârunt, ut ne spem quidem posteris reliquerint, non modò ad parem laudem adæquandam, verùm ad imitationem, ac similitudinem obtinendam.*

Paterculus *Hist. l.* i.

Clarissimum deinde Homeri *illuxit ingenium, sine exemplo maximum, qui magnitudine operum & fulgore carminum solus appellari poëta meruit; in quo hoc maximum est, quòd neque ante illum, quem ille imitaretur, neque post illum, qui eum imitari possit, inventus est.* [Insigne elogium, de quo vid. Lipsium ad locum.]

Paulus Silent. *Anthol. Gr. Epigram. l.* iii.

——— Πιερίδων τὸ σοφὸν σόμα, θεῖον Ὅμηρον.

Pausanias *Messen.*

Τὰ Ὁμήρῳ μὲν ὄν ὠφέλιμα ἐγένετο ἐν ἅπασι ἀνθρώποις.

Petrarcha

Petrarcha *Famil. Epiſt. l.* ix. *c.* 2.

Quid enim vir ingenioſiſſimus atque eloquentiſſimus niſi ipſum ingenii, & eloquentiæ fontem & originem (Homerum *ſc.*) *vocat* Ambroſius, Macrobius, *& ſi omnes tacerent, res ipſa teſtatur; ſed fatentur omnes.*

Petronius Arb. *Satyric.*

——— *Det primos verſibus annos,*
Mæoniumque *bibat felici pectore fontem.*

Philemon *Apud Stobæum in Eclog.*

Τὸν δ' ἐν λέγοντα μὴ νόμιζ' εἶναι μακρὸν,
Μηδ' ἂν σφόδρ' εἴπῃ πολλὰ, καὶ πολὺν χρόνον·
Τεκμήριον δὲ τῆδε τὸν Ὅμηρον λάβε.
Οὗτος γὰρ ἡμῖν μυριάδας ἐπῶν γράφει.
Ἀλλ' ἐν βραχεῖ Ὅμηρον εἰρηκεν μακρὰν.

Hinc teſtimonium ſuum de *Homero* jam ſuprà laudatum, ſumpſiſſe videtur Nazianzenus.]

Philippus *Anthol. Gr. Epig. lib.* i. *ſub perſonâ Apollinis.*

Ἡσιόδου μὲν ἐγὼ, ἐχάρασσε δὲ θεῖος Ὅμηρος.

Philo Jud. *De Confuſ. Linguarum.*

Ὁ μέγιστος καὶ δοκιμώτατος τῶν ποιητῶν Ὅμηρος.

Id. *l. de Abrahamo.*

Καθάπερ γὰρ ὁ ποιητὴς Ὅμηρος, μυρίων ὅλων ποιημῶν, κατ' ἐξοχὴν λέγεται.

Philoſtratus *In Heroicis.*

Τὸν Ὅμηρόν φησι ξένε, καθάπερ ἐν ἁρμονίᾳ μουσικῇ πάντας ψῆλαι τὰς ποιητικὰς τῶν τρόπων, καὶ τὰς ποιητὰς ἐφ' οἷς ἐγένετο, ὑπερβεβλῆσθαι πάντας, ἐν ὅτῳ ἕκαστος ἦν αὐτῶν κράτιστος· μεγαλορρημοσύνη τε γὰρ ὑπὲρ τὸν Ὀρφέα ἀσκῆσαι, ἡδονῇ τε ὑπερβαλέσθαι τὸν Ἡσίοδον, καὶ ἄλλῳ ἄλλον. Et paulò poſt: Ταῦτα πάντα τὸν Ὅμηρον, δαιμονίως ἐξεργάσθαι φησὶ, καὶ τὰς μὴ ἐρωτὰς αὐτῷ μαίνεσθαι.

Picus Mirand. J. *de Ominis dignitate.*

Homerus ——— *Qui ut omnes alias ſapientias, ita hanc quoque (ſc. Magicam) ſub ſui* Ulyſſis *erroribus diſſimulavit.*

Pierius *Hieroglyph. l.* xxiv. *c.* 5.

Ab elaboratarum autem divitiarum ſimilitudine factum crediderim, ut Homerum Platonici *dixerint in pavonem abiiſſe, qui tantam rerum varietatem poëticis coloribus ornatum explicuerit.*

Id. *l.* xxxiv. *c.* 5.

Hæc meliùs ex Homero *declarabantur: Ait is, nullius disciplinæ quantumlibet remotæ nescius,* Jovem *cum reliquis Diis, &c.*

Pindarus *Nem. Odyss.* vii.

Ἐγὼ δὲ πλέον ἔλπομαι.
Λόγον Ὀδύσσεος ἢ πάθη
Διὰ τὸν ἀδυεπῆ γενέθ' Ὅμηρον.
Ἐπεὶ ψευδέεσιν οἱ πολναῖ γε μαχανᾶ.
Σεμνὸν ἔπεσι τι σοφία δὲ
Κλέπλει παράγοισα μύθοις.

Plato *Ion.*

Ὅμηρος ἄριστος καὶ θειότατος τῶν ποιητῶν.

Id. *De Republ. l.* x.

Ὅμηρος πρῶτος διδάσκαλος καὶ ἡγεμὼν ἀπάντων τῶν καλῶν τῶν τραγικῶν.

Plinius Sen. *Histor. Nat. l.* x.

Ut principi literarum Homero *placuisse video.*

Id. *l.* xv. *c.* 2.

Homerus *primus doctrinarum & antiquitatis parens. Et* l. xvii. c. 5. *Fons ingeniorum.*

Id. *l.* vii. 29.

Ingeniorum gloriæ quis posset agere delectum per tot disciplinarum genera, & tantam rerum operumque varietatem? nisi fortè Homero, *vate Græco, nullum felicius exstitisse convenit, sive operis fortunâ, sive materiâ æstimetur. Itaque* Alexander Magnus *inter spolia* Darii *Persarum regis unguentorum scrinio capto, quod erat auro, gemmisque ac margaritis, pretiosum, varios ejus usus amicis demonstrantibus——imò Hercule, inquit, librorum* Homeri *custodiæ detur, ut pretiosissimum humani animi opus quàm maximè diviti opere servaretur.*

Plinius Jun. *Epist. l.* v. *Ep.* 6.

Vides quot versibus Homerus, *quot* Virgilius *arma, hîc Æneæ, ille Achillis describat: brevis tamen uterque est, qui facit quod instituit.*

Plutarchus Περὶ Ἀδολεσχίας.

Μόνος Ὅμηρος τὴν τῶν ἀνθρώπων ἀψιμορίας περιγέγονεν, αἰεὶ καινὸς ὢν, καὶ πρὸς χάριν ἀκμάζων.

Id. *Lib. de vitâ Homeri.*

Εἴ τις μὴ παραέργως, ἀλλ' ἀκριβῶς ἕκαστα τῶν εἰρημένων ἐπιλέγοιτο, φανεῖται (Ὅμηρος *sc.*) πάσης λογικῆς ἐπιστήμης καὶ τέχνης εἰδὼς γενόμενος, καὶ πολλὰς ἀφορμὰς καὶ σπερμάτια καὶ λόγων καὶ πράξεων παντοδαπῶν τοῖς μετ' αὐτὸν παρεχόμενος,

χόμενος, καὶ ὲ τοῖς ποιηλαῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς τῶν πεζῶν λόγων συνθέταις, ἱστορικῶν τε καὶ θεωρηματικῶν.

Id. *postremis ferè verbis ejusdem libri.*

Πῶς δὲ ἐκ ἂν πᾶσαν ἀρετὴν ἀναθείημεν Ὁμήρῳ ὅπου καὶ ὅσα αὐτὸς μὴ ἐπιτήδευσε, ταῦτα οἱ ἐπιγενόμενοι ἐν τοῖς ποιήμασιν αὐτῷ καλενόησαν· καὶ χρῶνται μέν τινες πρὸς μανίαν τοῖς ἔπεσιν αὐτοῦ, καθάπερ τοῖς χρησμοῖς τοῦ Θεοῦ.

Politianus *Præfat. in Hom.*

Dicturus de Homero *vate, doctrinarum omnium atque ingeniorum auctore & principe, &c.* Et post pauca: *Adeò nimirum sese supra hominum conditionem vates hic eminentissimus atque incomparabilis attollit, adeòque nihil mortale sonat, ut meritò illi & patria cœlum, & mater esse* Calliope *videri possit.* Et aliquantò pòst: *Quid dicam de philosophiâ, in quâ nulla est ferme nobilior posterorum scientia, nec opinio celebrata, cujus non in poëta* Homero *originem agnoscamus.* [Sed & perlegenda integra illa *politissimi* scriptores præfatio, quæ inter ejus opera habetur.]

Polyænus *Proœm. ad Stratagem.*

Δοκεῖ δέ μοί γε ταῦτα συμβουλεύειν Ὅμηρος· ὅταν γὰρ πολλάκις ἀδῇ, ἢ δόλῳ, ἢ βίῃφι, ἄλλως ὲ παραγέλλει ἢ τέχναις καὶ στρατηγήμασι χρήσασθαι καλὰ τῶν πολεμίων, &c.

Polybius *Hist. l.* vi.

Ἢ καὶ τὸν ποιητὴν ἂν τις ἐπαινέσειε, διότι παρεισάγῃ τὸν Ὀδυσσέα τὸν ἡγεμονικώταλον ἀνδρῶν, &c.

Pontanus Ja. *Attic. Bellar. Synt. part.* 2.

Ubi (post aliquot de Homero elogia) *Hæc,* inquit, *perpauca de innumeris, quæ de hoc poëtarum deo à poëtis, oratoribus, historicis, philologis, regibus, imperatoribus præclarissimè dicta, scripta fuerunt.*

Porphyrius *De antro Nymph.*

Λογιζόμενοι —— καὶ τὴν Ὁμήρου ὅση τὶς φρόνησις γέγονε, καὶ πάσης ἀρετῆς ἀκριβεία.

Portus Fr. *Præfat. in suum Homerum.*

Tanta est poëtæ hujus excellentia, tam multæ variæque virtute, ut altero sit opus Homero *ad eas non ornandas vel augendas, sed recensendas & enumerandas. Nemo dubitat hunc vatem omnium præclarissimarum rerum dedisse semina, unde postea tot artes, tot liberales disciplinæ natæ, auctæ, ac confirmatæ sunt. Ex hoc uno fonte varia genera philosophorum, quasi ex immenso mari oceano flumina,* &c. Et post aliquamnulta: *Tantùm dicam, poëtam hunc de genere humano, ac de iis qui artibus*

dant operam ita esse meritum, ut si omnis ætas publico præconio ejus prædicet laudes, nesciam an satis tanto poëtæ sit factura.

Portus Æm. *Præfat. ad Lexic. suum Ionicum.*

Homerus *omnes dialectos per suum poëma dispersas, mixtumque dicendi genus habet; quod carmen ejus reddit magnificentius, & admirabilius, & insignem poëtæ doctrinam & poëticæ venæ felicitatem commendat.*

Priscianus *Epist. prefixa Lib. Grammat.*

Cujus mentem tam Homeri *credo quàm* Virgilii *anima constare. Quorum uterque arcum possedit musicæ, &c.*

Proclus *Chrestomath. apud Photium.*

Τὸ κοινὸν ὄνομα πανλὸς τῦ λόγυ τὸ ἐξάμετρον ἰδιώσαλο, κὴ ἐκλήθη, ἔπος καθάπερ κὴ ὁ Ὅμηρος ποιηλὴν, κὴ ὁ Δημοδένης τὸν ῥήτορα ᾠκειώσαλο ——— Γεγόνασι δὲ τῆς ἔπυς ποιηλαὶ, κράτιςος μὲν Ὅμηρος, &c.

Propertius *Lib.* ii. *Eleg. ultim.*

Cedite Romani scriptores, cedite Graji,
Nescio quid majus nascitur Iliade.

& alibi.

Nec non ille tui casus memorator Homerus
Posteritate suum crescere sensit opus.

Pyrrho *Apud Diogen. Laërt. l.* ix.

Ἐμέμνηλο μάλιςα μὲν Δημοκρίτυ, εἶτα δὲ κὴ Ὁμήρυ, θαυμάζων αὐτὸν, καὶ συνεχὲς λέγων, Οἵη περ φύλλων τοιήδε κὴ ἀνδρῶν.

Pythagoras *Apud Jamblich. de Vit. Pythag. c.* 25.

Χρῆσθαι δὲ (*solebat sc.* Pythagoras) κὴ Ὁμήρῳ κὴ Ἡσιόδῳ λίξεσιν ἐξειλεγμένως πρὸς ἐπανόρθωσιν ψυχῆς.

Quintilianus *l.* x. *c.* 1.

Igitur ut Aratus *ab* Jove *incipiendum putat, ita nos ritè cœpturi ab* Homero *videmur. Hic enim (quemadmodum ex* oceano *dicit ipse amnium vim fontiumque cursus initium capere) omnibus eloquentiæ partibus exemplum & ortum dedit. Hunc nemo in magnis sublimitate, in parvis proprietate superaverit. Idem lætus ac pressus, jucundus & gravis, tum copiâ, tum brevitate mirabilis, nec poëticâ modò sed oratoriâ virtute eminentissimus.* Et post nonnulla: *Quid? in verbis, sententiis, figuris, dispositione totius operis, nonne humani ingenii modum excedit? Ut magni sit viri virtutes ejus non æmulatione (quod fieri non potest) sed intellectu sequi; verùm hic omnes sine dubio, & in omni genere eloquentiæ procul à se reliquit.*

Ramus *Dialect. Præfat.*

Quintilian cùm Aristoteles *ad perspicuè docendum exemplis uti jubeat, ὁία Ὁμήρος, μὴ ὁία Χοιρίλος; qualia* Homerus, *non qualia* Chœrilus *habeat,*

habeat, nullum ferè præceptum ſine popularibus & electis, id eſt, Homericis, *non* Chœrilæis, *poëtarum, oratorum, philoſophorum exemplis inſtitui.*

Rhodiginus *Lect. Antiq. lib.* XVI. *c.* 15.

Literarum parens Homerus.

Ritterſhuſius *Notis in Iſid. Peluſ. Epiſt. l.* IV. *Ep.* 30.

Apud Homerum *Odyſſ.* χ. *v.* 348. *eſt* ἐνέφυσε. *Etſi autem hic fons ingeniorum & parens eruditionis iſtud elogium pronunciat ſub perſonâ Phemii muſici, &c.*

Sabellicus *Ennead.* I. *l.* 8.

Sed quocunque fuit loco natus (Homerus *ſc.*) *quâcunque ætate, omnium (quod ſatis convenit) poëtarum fuit eminentiſſimus, cunctarumque eloquentiæ partium origo.*

Salmaſius *Plin. Exercit. p.* 855.

His opponit (Horatius *ſc.*) *tanquam virtutis poëticæ perfectiſſimam ideam unicum* Homerum.

Salmuthus *Comment. in Panciroli. Nov. Repert. l.* II. *tit.* 10.

Cujus (Homeri *ſc.*) *laudes ſingulas ſi deprædicare velim, verear ne laborem ſuſcepturus ſim inanem, ac prorsùs inutilem; cùm nihil hoc aliud videri poſſit, quàm eum laudare, quem nemo vituperat, ſed omnes venerantur & ſuſpiciunt ——— Eo quippe provectus eſt auctoritatis, ut non tantùm* priſcæ poëticæ divinus auctor apud Græcos ab *Apulcio l.* IX. *ſed & contentione ſummâ* literarum parens & doctrinarum fons *à celeberrimis pronuntietur auctoribus.*

Scaliger Ju. *Poët. l.* V. *c.* 2.

Homeri *ingenium maximum: ars ejuſmodi, ut eam potiùs invenîſſe quàm excoluiſſe videatur.*

Id. *De Cauſis L. L. lib.* V.

Id expreſſit divinitus aliquando ſummus poëta, Τὸ δέ τοι τετελεσμένον ἦεν.

Id. *in Poëm.*

Non homines, non me Muſæ peperêre, ſed à me
Principium Muſæ patre tulêre ſuum.

Id. *Comment. in lib. Hippoc. De Inſomniis.*

Vel vide Homerum, *vel* Herodoti *memineris; ſed quales viros? profectò facilè principes utriuſque orationis; utrumque verò etiam ſapientem: Nam &* Homerum *nunquam putâſſem ſummum, & phyſicum, &, ut, tum eſſe poterat, theologum, niſi tam ſtultè de diis locutus eſſet: neque enim tam vecors, tamque futilis eſſe potuit, ut ea ſic intelligeret; ſed ad ſiderum poteſtates, atque officia geniorum omnia voluit referri* [Hæc Scaliger, qui

tamen alibi in *Homerum* iniquior, ut propterea non immeritò vapulet à *Leone Allatio*, De Patriâ *Homeri*, *c.* iv.]

Scaliger Jo. *Epiſt. l.* i. *Ep.* 1.

Vix delibatis conjugationibus Græcis, Homerum *cum interpretatione arreptum* 21 *diebus totum didici: poëticæ verò dialecti veſtigiis inſiſtens grammaticam mihi ipſe formavi, neque ullum aliam didici quàm quæ mihi analogiâ verborum* Homericorum *obſervata fuit.*

Id. *Epiſt. l.* iii. *Ep.* 247.

Ut anni, ſic poëſeos Græcæ quatuor tempeſtivitates fuiſſe animadverti. Prima fuerit illa, in quâ principes Homerus & Heſiodus, *&c.*

Schottus A. *Præfat. in Phot. Biblioth. de Euſt.*

Cujus & in Homerum *poëtarum prope deum explicationes, &c.*

Id. *Not. ad Ciceron. l.* iii.

Poëtarum omnium juxta ac philoſophorum prope deum explicationes, &c.

Schrevelius *Epiſt. Dedic. Homero ſuo præfixa.*

Poëtas inter Homerus *ſine omni controverſiâ palmam obtinet; utpote qui animos hominum à vitiis avocat, ad virtutem & honeſtatem excitat, atque acuit; mores corruptos emendat, &c.*

Id. *Præfat. ad Lectorem.*

Poſt mortem nominis immortalitatem aſſecutus eſt; & communis opinio percrebuit eum non ex mortali ſemine, ſed ex deo natum; arbitrati ingenii ſagacitatem omni humanâ induſtriâ majorem —— Quanti Homerum *fecerint populi & reges, qui ſapientiâ cæteris anteſtarent, teſtantur omnium ſeculorum hiſtoriæ. —— Vale ——& Homerum tibi diligenti lectione familiarem facito, ut in quo nullius non artis aut perfecta aut certè non dubia veſtigia reperiuntur; &, ut quidam ſcitè illum vocat,* Πηγήν τινα τῆς διαλέκτου, τῶ τε ἀνθρωπίνου βίου παράδειγμα, καὶ οἶδε φωστῆρα τῶν ἄλλων ποιητῶν, Ἑλλήνων τε καὶ τῆς τε ἄλλης περὶ λόγους παιδείας ἡγεμόνα.

Seberus *Epiſt. Ded. Indici ſuo Homero præfixa.*

Tanta fuit omnibus ſeculis Homeri *judicata dignitas, ut cùm multi laudes ejus celebrare auſi fuerint, plerique tamen plenè illas ſe aſſecutos negare haud erubuerint. Ac ſanè quis putet ſatis dignis affici poſſe laudibus eum, quem univerſus pænè literatorum chorus non tantùm cum* Platone *poëtarum optimum ac diviniſſimum, vel cum juriſconſulto præcipuum ac ſummum* omniſque virtutis patrem, *ſed cum* Dionyſio *etiam, &c.*

Seinius P. L. *de Nepenthe Hom. ſeu de abolendo Luctu.*

Magnum profectò, & Homero, *h. e. omnium poetarum philoſophorumque principe dignum.*

Seneca

Seneca *Epiſt.* 58.

Poëtâ —— jam apud Græcos in unius notam ceſſit, Homerum *intelligas, cùm audieris poëtam.*

Id. *Epiſt.* 18.

Illa diſcamus, quæ Homerum *fecêre ſapientem.*

Sextus Emp. *Adverſ. Mathemat. c.* 8.

Ἐπεὶ μὲν ἦν ποιητικὴ ἔγωγε Ὅμηρον τεθαύμακα.

Id. *c.* 10.

Πιθανόν ἐστι γεγονέναι μέν τινας πρὸ αὐτοῦ (Ὁμ. *ſc.*) καὶ καθ' αὐτὸν ποιητὰς· τούτους δὲ ὑπὸ τῆς περὶ αὐτὸν λαμπρότητος ἐπεσκοτῆσθαι.

Sibylla *(Aut Sibyllin. ſaltem Carminum Auctor.) Orac. l.* iii.

Καὶ τις ψευδογράφος, πρέσβυς βροτὸς, ἔσσεται αὖθις
Ψευδόπαλμις ——
Νῶν δὲ πολὺν, καὶ ἔπος διανοίας ἔμμελέστερον ἕξει,
Οὐνόμασιν δυσὶ μισγόμενον. Χῖον δὲ καλέσσει
Αὐτὸν, καὶ γράψει τὰ καθ' Ἴλιον, ἃ μὲν ἀληθῶς,
Ἄλλα σοφῶς, ἔπεσιν γὰρ ἐμοῖς, μέτρων τε κραλήσει.

Sidonius Apoll. *Carmine* 23.

Torrens Herodotus, *Tonans* Homerus.

Silius Ital. *Lib.* xiv.

—— *Meruit deus eſſe videri,*
Et fuit in tanto non parvum pectore numen.
Carmine complexus terram, mare, ſidera, manes,
Et cantu Muſas, & Phœbum *æquavit honore.*

Simonides *Carmine Elegiaco de brevit. vitæ.*

Οὐδὲν ἐν ἀνθρώποισι μένει χρῆμ' ἔμπεδον αἰεὶ,
Ἓν δὲ τὸ κάλλιστον Χῖος ἔειπεν ἀνὴρ.
Οἵη περ φύλλων γενεὴ, τοιήδε καὶ ἀνδρῶν.

Socrates *Epiſt. ad Xenophont.*

Τὸ μηδὲ γένος παλέων αἰσχυνόμενοι, ἐν τῷ ἄρεσα τῷ ποιητῇ εἰρῆσθαι τιθέντες.

Solinus *Polyhiſt. c.* 3.

Smyrna, unde præcipuè nitet, Homero *vati patria exiſtit.*

Solon *apud Diog. Laërt. l.* i. *in Solone.*

Τὰ τε Ὁμήρου ἐξ ὑποβολῆς γέγραφε ῥαψωδεῖσθαι, οἷον ὅπου ὁ πρῶτος ἔλεξεν, ἔνθαδε ἄρχεσθαι τὸν ἑχόμενον· μᾶλλον ἢν Σόλων Ὅμηρον ἐφώτισεν, ἢ Πεισίστρατος. [Quanquam non verbale, ſed reale hoc teſtimonium *Solonis* ſit, hinc tamen liquidò & apertè conſtat, quanti *Homerum* fecerit celeberrimus hic ſapientiſſimuſque *Athenienſium* legiſlator; quare nullo modo omittendum duxi hoc ipſius decretum, quo viz. cautum eſt, ut rhapſodi in *Panathenæis Homeri* carmina recitarent (licet hoc inſtitutum

inſtitutum *Hipparcho Piſiſtrati* filio tribuant alii, ut *Plato* in *Hipparcho*, & ex eo *Ælianus* Var. Hiſtor. l. viii. c. 2.) præſertim cùm & inter Auctores nomen & locum meruerit hic ſophus, utpote cujus *Elegi* & *Epiſtolæ* etiamnum hodie extant, & doctorum manibus teruntur.

Sophocles

Græcorum tragicorum princeps, Μέλιτλα Ἀτλιχὴ, Ἄνθ῾ ἀοιδῶν, etſi nuſquam fortè nominatim *Homeri* in tragœdiis meminit (nec enim huic rei locus aut occaſio erat in tali argumento (quàm religioſus tamen illius cultor ac ζηλωλὴς fuerit, jam olim obſervârunt critici; qui & propterea Φιλόμηρον eum vocârunt. Et certè ubique hic tragicus ſedulum ſe & ſtudioſum *Homeri* imitatorem oſtendit tam in verbis, quàm in ſententiis; paſſim adeò Ὁμηρικὴν ἐκμαλλόμεν῾ χάριν, *ut* μόν῾ Ὁμήρ῾ μαθηλὴς à quodam è veteribus dici meruit; referente *Triclinio*: ſi modò is auctor ſit vitæ *Sophoclis*, tragœdiis ejus præfixæ. Hinc & *Polemon* (teſte *Suidâ*) appellare ſolitus eſt Ὅμηρον μὲν Σοφοκλέα ἐπικὸν, Σοφοκλέα δὲ Ὅμηρον τραγικὸν. Poſtremò, etiam de *Sophocleâ Homeri* imitatione diſſertationem edidit vir doctiſſimus diligentiſſimuſque, & de Græcâ linguâ optimè meritus, *Henr. Stephanus*. Cothurnus itaque *Sophocleus Homericæ* grandiloquentiæ viva quædam effigies & imago eſt, eique ſatis amplum *teſtimonium* præbet.

Spondanus *Proleg. in Homerum ſuum.*

Sanè id ſummæ laudi divino vati (Homero) *tribui oportet, qui licet rei familiaris anguſtiis oppreſſus, tamen in tantas ingenii divitias emerſerit, ut neque priſtina, neque hodierna ſecula parem ullum ei protulerint — Hinc poëtæ, hinc oratores, —— &c.*

Statius Papin. *Sylvarum l.* v. *Epiced. in Patrem.*

Fons & magniloquo non poſthabuiſſet Homero.

Ibid.

Quantus equos pugnaſque virum decurrere verſu
Mæonides ———

Stephanus H. *Diſſertat. præfixa editioni ſuæ Græc. Poët.*

Homerum *ita laudare ut poteram nolebam, non poteram autem ut volebam.*

Id. *Schediaſm. l.* ii.

Homerus *ita erat ab omnibus* πεπαλημέν῾ *veterum ſcriptorum ætate, ut nullam ex ullo ejus loco vocabulum peti poſſit, nec ad quicquam, quod ille dixiſſet, reſpici ſive alludi, quin lectores ſtatim id animadverterent.*

Strabo *Geograph. l.* xi.

Ὅμηρ῾ ἀ μόνον ἐν τῇ ταλὰ τὴν ποίησιν ἀρελῇ πάνλος ὑπερβέβληλαι τοὺς πάλαι καὶ τὰς ὕσερον, ἀλλὰ σχεδίον τε καὶ τῇ καλὰ τὸν βίον ἐμπειρία τὸν πολλλικὸν. [Vid. plura ibid. ubi & *Homerum* geographiæ principem eſſe ſusè demonſtrat.]

Id.

Id. *l.* viii.

Πιστεύονίκ δ' ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ οἱ ἐνδοξότατοι καὶ πρεσβύτατοι καὶ καθ' ἐμπειρίαν πρῶτοι. Ὁμήρῳ δ' εἰς ταῦτα ὑπερβεβλημένῳ πάντας, ἀνάγκη συνεπισκοπεῖν καὶ τὰ ὑπ' ἐκείνῳ λεχθέντα.

Strada *Prolus. Acad. l.* i. *prolus.* 3.

Cùm lego poëtin Homeri, *video sapientissimum vatem*, &c. & aliquantò post de eodem: *Poëta ingeniosissimus, qui probè nôsset unus, quid esset non inceptire.*

Stuckius *Antiq. Convivial. l.* i. *c.* 27.

Præ cæteris quidem scriptoribus omnibus Homerus *omnia justa legitimaque hospitalitatis officia egregiè sanè mihi expressisse, ac suis quasi coloribus depinxisse videtur in præclaris illis suis literarum monumentis, quæ quidem aliorum quoque officiorum vitæ humanæ præclara documenta, atque præcepta continent.*

Sturmius *Epist. ad Theoph. Golium.*

Credo ego omnium oratorum ornamenta & instituta in Homero *demonstrari posse, ita ut si ars dicendi nulla extaret, ex hoc tamen fonte derivari & constitui posset.*

Suetonius *In & De Caligulâ*, *c.* 34.

Cogitavit etiam de Homeri *carminibus abolendis* [Præclarum verò facinus, & tali imperatore dignum, *viz.* monstro hominis.]

Suidas *In voce* Ὅμηρος.

Ὁμοίως δὲ καὶ τὴν παλαίδα ἀμφίβολος *(erat* Homerus *sc.)* διὰ τὸ ἀπιστηθῆναι ὅλως εἶναι θνητὸν τῷ μεγέθει τῆς φύσεως.

Symmachus *Epist. l.* viii. *Ep.* 22.

Et Homerum *novimus à dissimilibus prædicari: careret quippe fama magnorum virorum celebritate, si etiam minoribus testibus contenta non esset.*

Synesius *lib. de Insomn.*

Ὅμηρος καὶ Στησίχορος τὸ μὲν Ἡρωικὸν φῦλον διὰ τὰς ποιήσεις αὐτῶν ἐπικυδέστερον ἔθεσαν· καὶ ἡμεῖς ὠνάμεθα τῶν ζήλων τῆς ἀρείης.

Tatianus *Orat. adv. Græc.*

Ὅροι δὲ ἡμῖν εἰσὶν αἱ Μωσῆς καὶ Ὅμηρος, τῷ ἑκάτερον αὐτῶν εἶναι παλαιότερον, καὶ τὸν μὲν ποιητῶν καὶ ἱστορικῶν εἶναι πρεσβύτερον, τὸν δὲ πάσης βαρβάρου σοφίας ἀρχηγόν.

Tertullianus *Lib. de Animâ.*

Homerus *Pater liberalium disciplinarum.*

Id. *ibid. c.* 56.

Novimus autem præter poëtica jura, pietatis quoque Homericæ *industriam*, &c.

Textor

Textor *Theatr. Hiſt. & Poët. l.* ii. *c.* 98.

Homerum *poëtarum omnium facilè principem ferunt, cùm jam ſenio confectus, &c.*

Themiſtius *Oratione* xvi.

Οὐκ ἄρα μάτην ὁ σοφώτατος Ὅμηρος ἀπεσχεδίαζεν ἐν τοῖς ἔπεσι, συνεχῶς ἀνυμνῶν τὸν αὐτὸν καὶ ἕνα παλέρα ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

Id. *alibi.*

Ὅμηρος προπάτωρ καὶ ἀρχέγονος τῶν Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους λόγων.

Theocritus *Idyll.* xvi.

——— Ἄλις πάντεσσιν Ὅμηρος,
Οὗτος ἀοιδῶν λῷστος ———

Id. *Idyl.* vii.

Καὶ μοῖσαν ὄρνιχες, ὅσα πολὶ Χῖον ἀοιδὸν
Ἄλλα κοκκύζοντες ἐτώσια μαχθίζοντι.

Theodoretus *de curand. Græc. affect. l.* ii.

Τί γὰρ τ' Ὁμήρου ποιήσεως ἥδιον; τί δὲ τ' εὐεπείας ἐκείνης γλυκύτερον;

Theon. *Progymnaſm.*

Πρῶτον μὲν Ὅμηρον ἐπαινέσομεν, ὅτι οἰκείους λόγους περιέθεικεν ἑκάστῳ τῶν εἰσαγομένων προσώπων.

Thucydides *l.* ii. *in Periclis oratione funebri.*

Οὐδὲν προσδέομενοι, οὔτε Ὁμήρου ἐπαινέτου, οὔτε ὅστις ἔπεσι μὲν τοιαύτοις τέρψει, &c. Ubi Schol. Οὔτε Ὁμήρου, ἀπὸ μέρους τῶν πάντων ποιητῶν.

Thyſius Ant. *De Rep. Athen. p.* 267.

In Panathenæis *majoribus rhapſodi* Homeri *principis poëtarum carmina, &c.*

Tibullus *Lib.* iv. *Carm. ad Meſſalam.*

——— *Æterno propior non alter* Homero.

Tiraquellus *De Jure Primigen. Qu.* 17.

Sed & ex Homero *quoque, illo virtutem omnium parente* Juſtiniano *appellato, ſortes rerum futurarum præſagia deprompta eſſe, teſtimonio eſt* Socrates *ille hominum ſapientiſſimus, &c. nec tamen iſtis ſortibus fidem eſſe adhibendam putârim.*

Id, *In Leg. Connubial. leg.* 1. *gloſſ.* 1. *part.* 1.

Paris *apud* Homerum *illum omnium diſciplinarum tanquam oceanum quendam, &c.*

Tzetzes Jo. *Chiliad. carmine de Educat. filiorum.*

Ὅμηρος αὐτὸς ἡ θάλασσα τῶν λόγων,
Πλὴν γέμουσα τῷ νάκλαρος, οὐχ ἁλμυρῶν ὑδάτων.

Valerius Max. *lib.* viii. *c.* 8.

Homerus *ingenii cæleſtis vates.* Varro

Varro *Lib. de Imaginibus apud Agell. lib.* iii. *c.* 11. *Homeri imagini hoc epigramma appoſuit, partim ſc. Lat. partim Græc.*

Capella Homeri *candida hæc tumulum indicat,*
Quod ariete (vel, ut quidam legunt, arræ Ietæ, *vel* ut alii, capræ Ietæ) *mortuo faciunt ſacra.*
Ἑπτὰ πόλεις διερίζουσιν περὶ ῥίζαν Ὁμήρου,
Σμύρνα, Ῥόδος, Κολοφὼν, Σαλαμὶν, Ἰος (*alli* Χίος) Ἄργος, Ἀθῆναι.
Vid. Hieron. Magium *Miſcellan. l.* iii. *c.* 1. & Leon. Allat. *De Patriâ* Homeri *c.* 11. *quorum uterque* Varronianum hoc in Homerum Epigramma Latino-Græcum fusè & eruditè explicat.

Victorius P. *Var. Lection. l.* xxviii. *c.* 18.

Omnis elegantiæ, omniſque in dicendo virtutis dux auctorque fuiſſe Homerus *non ſine causâ exiſtimatur, quas inde poſtea ſtudiosè acceperunt non poëtæ tantùm Græci ac Latini, verùm etiam oratores.*

Id. *eod. l. c.* 3.

Hujus conſilii exemplum eſt apud Homerum: *vidit enim ille quoque, qui omnia divinitate ingenii ſui perſpexit, &c.*

Id. *l.* xxxv. *c.* 2.

Hæc elegans concinnaque ſententia fluxit è fonte omnis ſuavitatis & eruditionis Homero. Et alibi ſæpe in eandem mentem.

Vida Hier. *Poëtic. Lib.* i.

Haud multos labor auctores tibi prodere Graios,
Quos inter potitur ſceptris inſignis Homerus.
Hunc omnes alii obſervant; hinc pectore numen
Concipiunt vates, blandumque Heliconis amorem.
Felices, quos illa ætas, quos protulit illi
Proxima: divino quantò quiſque ortus Homero
Vicinus magìs, eſt tantò præſtantior omnis.

Vitruvius *Præfat. l.* vii. *(loquens de Zoilo Homeromaſtige.)*

Ptolomæus *cùm animadvertiſſet poëtarum parentem philologiæque ducem abſentem vexari, & cujus ab cunctis gentibus ſcripta ſuſpicerentur, ab eo vituperari, indignatus nullum ei dedit reſponſum, &c.*

Vives *De Trad. diſcipl. l.* iii.

(Homerus) *quæ ſcripſit, non dicere videtur, ſed ante oculos ſiſtere: Ea eſt quaſi depingendi vis & efficacia; quâ virtute poſteros omnes ſine controverſiâ ſuperat, &c.*

Voſſius Ger. *Ep. Ded. præfixâ Inſtitut. Poët.*

De Homero *ſic ſtatuimus, nomen ejus non magìs poëtæ eſſe quàm philoſophi.—Ex quo Platonis* (Homeri *dubito, an* Socratis *ſimiliores) tum verba fluunt omnia, dictioque tota, propè adeò recedens à carmine, tum quoque omnigena illa rerum doctrina. Nec ſanè* Alexandro *tam ſublimis ſpei adoleſcentulo, alium æquè ac* Homerum *propoſuit* Ariſtoteles.

Winsemius *Præfat. in Hom. inter Declamat. P. Melanchth.*

Ac primùm quidem sic statuo (de Homeri poëmate loquitur) *nullum unquam scriptum inde usque à primùm condito orbe, ullâ in linguâ aut natione, ab ullo humano ingenio editum esse (sacra ubique excepta) in quo, vel doctrinæ tantum sit, vel elegantiæ & suavitatis* —— [sed consule omnino & percurre integram illam præfationem; operam non lùdes, Lector.]

Wolphius Hier. *Annotat. in Isocr. Panegr.*

Quanta fuerit Homeri, *non in vulgus tantùm auctoritas, sed & quanta doctorum de omnis generis doctrinâ ejus, & quædam quasi divinitate opinio, non est obscurum. In jure civili certè quidem* omnis virtutis parens *appellatur, &c.*

Id. *In Isocr. Orat. c. Sophist.*

Homeri *auctoritas apud vulgus Græcorum tanti olim fuit, ut ejus sententiæ pro oraculis haberentur, & ei refragari piaculi instar esset. Extant multorum orationes, qui demonstrare conantur, eum nihil ignorâsse, & omnes philosophos suarum opinionum occasiones ex illius poësi petiisse.*

Wowerius *Polymath. c.* xix.

Linguæ plectrum, dentium vallum, vel, ut poëta præcipuus *ait,* ἕρκος ὀδόντων.

Xenophon *Memorabil. l.* i. *in personâ Socratis.*

Ἐπὶ μὲν τοίνυν ἐπῶν ποιήσει Ὁμήρου ἔγωγε μάλιστα τεθαύμακα.

Id. *Conviv.*

Ἴσε γὰρ δήπου ὅτι ὁ Ὅμηρος ὁ σοφώτατος πεποίηκε σχεδὸν περὶ πάντων τῶν ἀνθρωπίνων.

Ibid.

Ὁ πάτηρ ὁ ἐπιμελούμενος ὅπως ἀνὴρ ἀγαθὸς γενοίμην, ἠνάγκασέ με πάντα τὰ Ὁμήρου ἔπη μαθεῖν.

Xiphilinus *Epit. Dion. in Adriano.*

Καὶ ὕτω γε τοιοῦτος ἦν (*ac si diceret*, adeò vecors & insanus erat) ὡς καὶ τὸν Ὅμηρον καταλύων, Ἀντίμαχον ἀντ' αὐτοῦ εἰσάγειν, ὃ μηδὲ τὸ ὄνομα πολλοῦ πρότερον ἠπίστατο.

Xylander *Annot. in Plut. Homerum.*

Quis unquam nisi vel malus, vel imperitus non maximi fecit Homerum? *quæ ætas, quæ gens cum non summis extulit laudibus?*

Id. *Præfat. ad eundem.*

Homerus *princeps poëtarum, & oceanus sapientiæ.*

Zanchius *De Operibus Dei, l.* ii. *c.* 1.

Quin & Homerus *eandem ob causam, propter admirabilem scilicet rerum multarum cognitionem, appellatus fuit à multis, atque imprimis à* Dionysio, δαιμονιώτατος.

Zeno

Zeno Cit.

Stoicæ ſectæ parens & conditor, quem *Athenienſes* tanto in honore & pretio habuerunt, ut publicum fecerint decretum, eum στεφανῶσαι χρυσῷ στεφάνῳ καλὰ τὸν νόμον, ἀρετῆς ἕνεκα καὶ σωφροσύνης (utì refert *Diog. Laërt.* lib. vii. in vitâ Zen.) quanti *Homerum* æſtimaverit, ſatìs ampio id indicio ac *teſtimonio* eſt, quod Προβλημάτων Ὁμηρικῶν πέντε (ſc. βιβλία) ſcripſerit, teſte ibid. eodem *Laërtio*.

Zoilus.

—— *hoſce omnes interſtrepit anſer olores,*
Dumque alii plaudunt, exibilat unus Homerum.

Et hinc fœdum adeò & exoſum ubique *Zoili* nomen, ut jam *Zoilus* non hominis, ſed livoris, & maledicentiæ, & obtrectationis nomen habeatur, juxta illud *Ovidii* De Remed. l. i.

Ingenium magni livor detrectat Homeri:
Quiſquis es, ex illo, Zoile, *nomen habes.*

Et Martialis Epigr. l. xi. Ep. 93.

Mentitur, qui te vitioſum, Zoile, *dixit;*
Non vitioſus homo es, Zoile, *ſed vitium.*

Ad Zoilum Homeromaſtiga. Ἐλεγλικὸν.

ZOile, *tot niveos poteris ſpectare lapillos?*
Calculus atque tuus diſcolor unus erit?
Suſpendas *potiùs, nè* ſuſpendaris & *ipſe,*
Et [a] *crux cenſuræ ſit tibi pœna tuæ.*
Omnia cum dixti, ſolus regnabit Homerus;
Omnia cum dixti, Zoile, *ſolus eris.*
Hactenus ergo pares, quòd uterque excellitis, ille
Arte ſuâ cunctos, Zoile, *tuque tuâ.*
Cui palmam tribuunt omnes, tu ſolus Homerum
Carpis: nec ſimilem tu, nec Homerus *habet.*
Cæſar *at à* caligâ *dictus* [b] *damnare poëtam*
Auſus: & huic poterat quid placuiſſe boni?
Odit? an invidit vati ſuper æthera noto?
Quid mirum? ſocio, Zoile, *macte tuo.*
Euge! & adhuc tu ſolus homo tam cenſor iniquus:
Quomodo? [c] monſtrum *hominis, non homo* Cajus *erat.*

[a] Alii cùm (*Zoilum* ſc.) ſcripſerunt à Philadelpho eſſe in crucem fixum (*ob maledicentiam ſc. in* Homerum). Vitruv. Architect. l. vii. in Proœm.

[b] Cogitavit etiam de *Homeri* carminibus abolendis. *Sueton. Vit. Calig.* c. 34.

[c] *Id. ib. c.* 22.

Ad eundem. Ode Στηλελευλικὴ.

HOmeromaſtix, *improbe* Zoile,
Os turpe, tabo Gorgonis *oblitum;*
Livoris æſtrum, fel, venenum;
Spuma canis Stygii, & *paludis:*

Qui ſolus audes nomen Homericum,
Qui ſoles audes numen Homericum,

Nomen,

Numen, quod omnes unà adorant,
Sacrilegâ temerare linguâ.

Infame monſtrum, Lernæ calumniæ,
Halans Mephitin gutture lurido,
Ter Sycophanta, ſcurra cœli,
Mome deum, jaculator audax.

Quouſque Solem miſſilibus petes?
Solem poëtarum & jubar ingeni
Sic dente mordebis canino,
Et rabido lacerabis ore?

Vides, ut omnis doctior orbis, &
Gens tota Phœbi Mæoniæ ſimul
Conſpiret in cultum camœnæ,
Unius & veneretur aras,

Supplex Homeri? *En quanta virûm cohors,*
Vati corollam nectere geſtiens,
Feſtinet ultro jura templo,
Et capite dare ſerta ſacro.

En quanta moles te, miſer, obruat!
Quot ora læſi numinis arguant!
Quin te reum mox confiteris,
Teſtibus innumeris revicte?

Crimen fatenti crux tibi debita;
Hoc præcipit lex, hoc ratio jubet,
Vult gentium hoc Niloticarum,
Et Phariæ *dominator aulæ.*

At non carebis, Zoile, *næniâ,*
Leſſuve; Muſam dat tibi præficam
Homerus, *& funebre carmen*
Pangit, & hæc tibi juſta ſolvit:

Ὦ πώποι, ἦ μέγ' ἄριστον ἐν ἀνθρώποισιν ἔρεξεν,
Ὅς τὸν λωβητῆρα ἐπεσβόλον ἔσχ' ἀγοράων.

FH
MVSEVM
BRITANNICVM

FINIS.